



# **De origine erroris, in negotio Eucharistiae, ac Missae,**

<https://hdl.handle.net/1874/455412>

2

# DE ORIGINE

NE ERRORIS, IN NEGOCIO  
EUCHARISTIAE, AC MIS-  
SAE, PER HEINRY-  
CHUM BULLIN-  
GERVM.

## CAPITA LIBRI.

- Qua ratione veteres putarint Eucharistiam esse Sa-  
crificium.
- Quem Apostoli ritum in celebranda Eucharistia  
sint sequuti.
- Quod hunc ritum pure custodiuerit primitiua  
Ecclesia.
- Vnde noſter missandi ritus profectus sit, & qui-  
bus institutus authoribus.
- A quibus & quomodo occidentales Ecclesiae mis-  
sas, & transubstantiationem acceperint.
- Appendix.
- De Romani Pontificis authoritate, quando, à quibus  
quaue arte, in tantã imperij gloriã subuectus sit.
- I E S V S.
- Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima  
mea, ipsum audite.

AN. M. D. XXVIII.

ORNATISS. VIRIS VVOLPH/  
gango Ionero, Petro Simlero, & Andrea  
Curiano fratribus in Domino charis.  
Henrychus Bullingerus, gra/  
tiam & innocentiam à  
Deo, per Christū  
Iesum.

**H**ABETIS VIRI ORNATISS.  
libellum nostrum, quem uos multis extorsis-  
tis precibus. Quod si hic recipab. Christiane prodesse  
debent nimirum hoc ipsum uobis acceptum ferre le-  
ctores, quos ego in praesentiarum per Christum oro,  
ut omnia bene expendant, nunquam iudicium praeser-  
pitent, & si aubi errauiero, fratre amice moneant. Nam  
quae ego feci, in Christi dei nostri gloriam, ac uestrā  
utilitatem feci. Cupio enim, ut solius dei in Christo  
gloria mundo nota fiat, suppressis impijs mundi erro-  
ribus, quos hic pro uirili retego orbi, futurum spes-  
rans, ut impietate missarum, ac transubstantiationis  
probe perspecta, quisq; ad ueritatem, ac ueram pietate-  
ris sit, uobis dictum uolo. Valete. Ex Capella  
Tigurinorum. 6. Calen. Ianuarij.  
Anno. 1. 5. 28.

PRAEFATIO.



**S**VM MISSARVM IMPIE-

tas, ac corporis Christi, in pane presentia, summa fide, & inuidis scripturarum

armis, impugnata sit à Zuinglio, ac Ocolampadio, adeoque & de uictoria triumphatum, interea non desint. Qui audeat longa iactare tempora,

patres uetustos, Apostolicamq; ritum. Isti uero seuerioribus sacratissimisq; literis dediti, minutissima ista,

peruidere non queant, haud infrugiferum fore putant. Si ego pro ingenij mei tenuitate minutiora ista, ad-

uersariorum tam maxima fulera, labefactarè, & prin-

cipio docerem, quid ueteres putarint Christianorum

esse sacrificium, & qua ratione putarint eucharisti-

am esse sacrificium, & oblationem, Hinc quomodo

ab Apostolis, & Apostolicis celebrata sit, quaeq; eccle-

siastica (ut uocant) officia. Item quis ritus apud uetu-

stos patres, Rursus. Quare hoc sacrum missa dici co-

eperit, quidue hoc nomen possit. Postremo. Vnde no-

ster ille missandi ritus profectus sit. Quae res, ut noua

est, ac inaudita nostro saeculo, ita uerissima, & quae

sciatur longe dignissima, quaeq; Pontificiorum glorie, & iactationi non parum derogabitur.

Proposui

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
 QVA RATIONE VETERES PV-  
 TARINT EVCHARISTIAM  
 ESSE SACRIFI-  
 CIUM.



RENÆVS aduer. Hære.  
 lib. 4. cap. 34. Vult nos domi-  
 nus adferre munus ad altare,  
 frequenter sine intermissione.  
 Est ergo altare in cœlis, illuc  
 enim præces nostræ, & oblati-  
 ones nostræ diriguntur, & tem-  
 plum. Quemadmodum Ioannes in Apocalypsi ait, Et  
 apertum est templum ac tabernaculū dei, Ecce enim  
 (ait) tabernaculum dei, in quo habitabit cum homini-  
 bus. Sed apertius audies in consequenti huius author-  
 ris testimonio, orationem esse ueram Christianorum  
 oblationem.

TERTVLLIANVS aduer. Martio. lib. 4.  
 Intellexerat Samarites ueram se Deo omnipotenti  
 oblationem, gratiarū, scilicet actionem, apud uerum  
 templum, & uerum Pontificem eius Christum facere  
 debere. Item ad Scapulam. Itaq; & sacrificamus  
 pro salute imperatoris, scilicet, deo nostro & ipsius,  
 sed, quomodo præcepit Deus, pura præce. Non enim  
 eget Deus conditor uniuersitatis, odoris, aut sanguis  
 nis aliauius &c. Et his longe apertiora lege in Apo-  
 logetico, aduer. Gentes cap. 30.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

CYPRIANVS Sermo. 6. de Oratio. Domi-  
nica. Pacificos & concordēs atq; unanimes esse in do-  
mo sua Deus præcipit, & quales nos fecit natiuitate  
sequenda, tales uult renatos perseverare, ut qui filij  
dei esse cœpimus, in dei pace maneamus, & qui us  
spiritus unus est, unus sit animus & sensus. Sic nec  
Deus sacrificium recipit. Dissidentē ab altari, reuer-  
tentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis pre-  
cibus, & deus possit esse pacatus. Sacrificium deo ma-  
iustate patris & filij, & spiritus sancti, plebs adunata.  
Nec enim in sacrificijs, quæ Abel & Chaim primis  
obtulerunt, munera eorum Deus, sed corda intue-  
batur &c. Intelligis autem concordiam & orationem  
Christianam esse oblationem.

LACTANTIUS de uero cultu, lib. insti. 6. c. 1.  
Venio nunc ad id, quod est maximū, ut doceam, quo  
ritu, quoue sacrificio deū coli oporteat. Nihil autem  
sancta, & singularis ista maiestas aliud ab homine  
desyderat, quàm solā innocentiam, quam si quis obtu-  
lerit deo satis pie religoseq; litauit. Vide cap. 2. &  
24. insti. 25. pergit. Duo sunt quæ offerri debeāt, do-  
num et sacrificiū: donū in perperuū, sacrificiū ad tem-  
pus, & utrūq; deo incorporale offerendū est. Donum  
est integritas animi, sacrificium laus & hymnus. Si  
enim deus nō uidetur, ergo his rebus coli debet, quæ  
non uidentur. Nulla igitur religio est uera, nisi quæ  
uirtute & iusticia constat.

Animadu-  
uerte ue-  
rum dei  
cultum.

PER HEIN. BVLLINGERVM,  
AMBROSIVS in Apologia Davidis, ca. ult.  
in hūc Davidis uers. Tunc acceptabis sacrificiū &c.  
Iusticia Christus est, Sacrificiū ergo Christi acceptabi-  
le futurū patri adserit, Hoc est ergo, de quo & supra  
ait. Sacrificate sacrificiū iusticiae, & sperate in domi-  
no, hoc est, iusticia spūalis, oblatio & holocaustū ser-  
uentis deuotiōis, et infusionis spūs sancti, quod dicit,  
Futurū cū ad illud spūale domini altare cœperint ad-  
moneri animæ credentiū, quæ renuntiantes uoluptati-  
bus, atq; diuitijs, tanq̄ aratrū in uisceribus suis ducūt,  
ut fructus possint ferre pie cultura. Ut ita cū benedi-  
xeris ecclesiā ex gentibus acquisitā, & spūale sacri-  
ficiū cœperit frequētari, tūc & martyres sancti, qui  
suum pro Christo corpus obtulerint exarandum, tantū  
quā uituli sacris altaribus offerentur &c.

Item Epistola. 29. lib. 5. ad Theodosiū. Pero impe-  
rator, ut patienter sermonē meū audias. Nam si indignus  
sum, qui à te audiar, indignus sum, qui pro te of-  
feram, cui tua uota, cui tuas committas preas.

AVGVSTINVS, De Ciuita dei, lib. 10. ca. 4.  
5. 6. diligentissime & piissime de Christianorū scrip-  
sit sacrificijs, à quo qui uelit copiosiora quærere pos-  
test, nos summā tantū omnium adnotamus. Soli deo  
nos seruitutē, quæ Græcè λατρεία dicitur, debemus.  
Huius enim templū singuli sumus, quia singulos in-  
habitare dignatur. Eius est altare cor nostrum, eius  
unigenito cū sacerdote placamur, ei cruentas uictimas  
cedimus, quando usq; ad sanguinē pro eius ueritate  
certat

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

certamus, ei suavissimū adolemus incensum, cū in eius  
 conspectu pio sanctoq; amore flagramus, ei dona eius  
 in nobis, nosq; ipsos uouemus, & reddimus ei benefi-  
 ciorum eius solennitatibus, festis, & diebus statutis di-  
 camus sacramusq; memoriam, ne uolumine temporum  
 ingrata obrepat obliuio, ei sacramus hostiam humil-  
 litatis & laudis in ara cordis, igne feruida charita-

tis. Neq; quisquā putet deum ulla re nostra egere.  
 Quia Propheta dicit. Dixi domino deus meus es tu,  
 bonorum meorum non eges, imo ne ipsa quidem ho-  
 minis iusticia, deum egere credendum est, quia uerus  
 cultus homini prodest, non deo. Neq; enim fonti se-  
 quisquā dixerit profuisse, si biberit, aut luci, si ui-  
 derit. Hoc iterum in alio Psalmo clarius dicitur. Si  
 esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terra, &  
 plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes tauro-  
 rum, aut sanguinem hircorum potabo? quasi dicat,  
 Vtiq; si mihi necessaria essent, non à te peterem, quæ  
 habeo in potestate. Deinde subiungens, quid illa signi-  
 fient. Imola deo sacrificium laudis, & redde altissimo  
 uota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eripiā  
 te, & magnificabis me. Sed & homo deo consecratus

ac deuotus, qui mundo moritur, ut deo uiuat, sacrificiū  
 est. Ad quod adhortās Paulus. Obsecro itaq; (inquit) consecra-  
 fra hostiam uiuam, sanctā, deo placentē, rationale  
 obsequiū uestrū. Et iterū ad Hebræ. Beneficētia (in-  
 quit) & cōmunicationis esse nolite obliuīsa, talibus

Hic uide  
 quid sit  
 consecra-  
 re.



PER HEIN. BVLLINGERVM,  
 enim sacrificijs placatur deus. Constat ergo & misericordiam uerū esse sacrificiū. Vnde iam efficitur, ut tota ista redempta ciuitas, hoc est, congregatio, societasq; sanctorū, uniuersale sacrificiū offeratur deo per sacerdotē magnū, qui etiā seipsum obtulit in passione pro nobis (ut tāti capitis corpus essemus) secundū formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundū hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est &c. Et haecenus quid ueteres, & quales dixerint esse Christianorum sacrificium.

Tertull. aduersus Martio. Super alij deo gratiarū actionib. fungitur.

Iam uero cū Eucharistia, siue panis, ac uinū sacramentū sit, quo nobis cōmendata est mortis & redemptionis Christi, laus & gratiarū actio, quo restringimur in unū corpus, in innocentia uitae, & misericordiam: hinc ueteres dixere, Oblationem, nō quod caro & sanguis offeratur, sed quod gratiarum actio, orationes, foedera, communio, innocentia offeratur. Vnde August. eo quē iam citauimus loco, statim istis suppingit. Hoc est sacrificiū Christianorū, multi unū corpus sumus in Christo, quod etiā sacramēto altaris fidelibus noto, frequentat ecclesia, quod in ea oblatione, quā offert, ipsa offeratur. Hoc est, illi ipsi, qui offerunt, hoc ipsum sunt, quod offerūt unū corpus Christi, una ecclesia, id est, ita offerunt, & deo signis istis consecrant. En quid poterat dici clarius.

Deinde etiā hoc nō est negligendū, qd' nōnunq; ipsam cōmemorationē sacrificij, semel acti, uocāt sacrificiū, ad imitationē primarij illius, et unia, de qua referā

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

adferam Cypriani & Chrysostomi. sententiam prioris  
est lib. ex. 2. epist. 3. Nos autem resurrectionem domini  
mane celebramus. Et quia passionis eius mentio=  
nem in sacrificijs omnibus facimus (passio est e=  
nim domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud  
quam quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim  
dicit. Quotiescumque ederitis panem istum, & calicem  
istum biberitis mortem domini annuntiabitis, quoad=  
usque ueniat. <sup>a</sup> Quotiescumque ergo calicem in commemo=  
rationem domini & passionis eius offerimus, id quod  
constat dominum fecisse faciamus. Vides autem quam  
perspicue loquatur cur Eucha. sacrificium nominet,  
nimirum ob passionem, in cuius commemorationem  
offerant. At commemoratio quid aliud est quam laus.  
Laus autem sacrificium est. Posterioris Chrysostomi.  
sententia multo apertior est, homelia in Ebrae. 17.  
Offerimus quidem scilicet ad recordationem mortis  
eius facientes. Quod enim nos fecimus, in commemo=  
rationem sui eius, quod factum est. Hoc enim facite  
(inquit) in meam commemorationem. Non aliud sacri=  
ficiam sicut pontifex: sed id ipsum semper facimus,  
magis autem recordationem sacrificij operamur. Et  
ne quid a quoquam desiderari possit, ostendemus,  
quod antiquorum potissimi non nisi unum sacerdo=  
tem ac unicum confessi sunt sacrificium Iesum Chri=  
stum dominum nostrum.

IGNATIUS ad Magnesianos. Omnes in  
unum conuenite simul ad orationem, una deprecatio

Ecce non  
dicit cor  
pus &  
sanguis  
sed pas=  
sio, Sed  
quomo=  
do illa  
potest of=  
ferri nisi  
laude. etc  
<sup>a</sup>  
Vide ut  
inter=  
pretetur  
quid di=  
xerit pas=  
sionem  
nihil nisi  
commemo=  
rationem.

PER HEIN. BVLLINGERVM

fit communis, unus animus, una spes, dilectio immar-  
adlata in fide Iesu Christi, qua nihil aliud melius est.  
Omnes adunati ad templum dei concurrunt, sicut ad  
unum altare, sicut ad unum Iesum Christum pontifi-  
cem unigeniti dei patris.

CYPRIANVS lib. 1. episto. 8. Deus unus est.  
& Christus unus, et una ecclesia, et una cathedra sus-  
per petram, domini uoce fundata. Aliud altare consti-  
tutum, aut sacerdotium nouum fieri, præter unum altare  
& unum sacerdotium, non potest.

LACTANTIUS in. 4. Institutionum de ue-  
ra sapientia cap. 14. Ecclesia templum dei est. Cuius  
quidē templi & magni & æterni, quoniam Christus  
fabricator fuit, idem necesse est, habeat in eo sacerdoti-  
um sempiternū. Nec potest nisi per eum, qui cōstituit  
it templū ad aditū templi et conspectū Dei perueniri.

AUGVSTINVS item in uicēta quædā huius  
negotij adfert De Trinitate. lib. 4. cap. 14. ab ea tu ista pe-  
te, nā coherentia sunt quæ ibi per totū caput differuntur.

Quod si qui nobis altaria obijciunt. Nos uicissim  
uetustis istis consultis sic respondemus. Ignatius ad  
Ephesios. Si (inquit) quis nō fuerit intra altare fra-  
dabitur pane dei. Et apertius ad Trallianos. Qui in-  
tra altare cōstitutus est, mundus est, unde apparet do-

Pontius etissimum martirem alluisse ad illud Pauli. Nonne  
Paulinus qui edunt uictimas participes sacrarij sunt, atque ita  
in Gazo cōmunionem intelligere et ecclesiam. Deinde ex supe-  
rioribus patrum sententijs intelleximus cor purū esse  
arant

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

aram dei, quare ex istis colligimus, quod illi mensas docet mē  
 suas aras dixere, ad imitationem patrum ueteris Testam in ec  
 clesia, quodq; ad eas fundebantur preces, imo & ipsa lo clesia po  
 ca ubi orabatur tota, putamus aras nonnunquam uocari solitā  
 ta. Sacrae autem sunt non re sed significatione, quod pro pau=  
 q; sacra ibidem tractabantur. &c. peribus q;  
 bo refiti/  
 endis, q;  
 etiam do  
 mini men  
 sam uo=  
 cat à dol

QUEM APOSTOLI RITUM IN CELEBRANDA EUCHARISTIA  
 SINT SEQUUTI.



BSOLVIMVS HVIC at à dol  
 ius negotij partem primam mino po/  
 qua; ostēdimus quas ob cau sitam.

sas eucharistiam ueteres uo=  
 carint oblationem ac sacrifici/  
 um, deinde uero quā illi puta  
 rint Christianorum ueram est  
 se oblationem, nempe oratio=  
 nem, gratiarum actionem, misericordiam, concordi=  
 am ac uite innocentiam, in sequentibus ergo ostende

mus id quod secundo loco sumus polliciti, nempe  
 quem Apostoli ritum iucelebranda eucharistia sint  
 sequuti, adeoque quæ in uniuersum, ecclesiastici ( ut  
 uocant) officij, fuerit obseruatio.

Principio itaque coetu fidelium ad sacra coacto,  
 fiebant cōmunes preces, quemadmodum Paulus sic  
 ni iusserat. i. ad Timo. epi. cap. 2. Prælegebatur item lo Orōnes.  
 cus quis/

PER HEIN. BVLLINGERVM

Prophetia.

aus quissiam ueteris prophetia, ea qua scriptus erat lingua, quem deinde alius quissiam Ebraice doctus, in communem transferebat loquelam, cui qui succedebat, Deum in Christo predicabat, moresq; instituebat audientium. Prophetia hæc erat, à Paulo tradita

Elemosij

nimirum ad ueteris synagoga morem, quemadmodum uidere est in Corinthijs cap. 14. Neque interim

Modicam pauperes negligebatur, colligebantur enim collecta, quisq; sti ritu ab eodem Paulo primum inducto, sicut testantur Actis, ipsius quoque epistole. Postremo uero si strua die quis uerbo predicato credidisset, is se pane ac calice uel cū no in corpus consecrabat ecclesie, atq; hoc etiam fidem lit, & si suam alijs probans, & bonitati dei gratias agens,

modo pos Quæ quidem omnia Lucas breuissime. Ebraicum nō sit adpo- mirū, Paulo præceptore, morē sequutus, perstrinxit. Hæc in<sup>a</sup> actis ad hunc modum. Erant autē persecuerantes

Tertullia in doctrina apostolorū, communionem facultatum, fra nus in ap ctione item panis, & precationibus. In quem locum pologe. Erasmus ille Roterō in Adno. suis sic adnotauit illa

Communiud animaduertendum, quod primo loco posuit doctrinamio & nam, scilicet euangelicam, proximo mutuam charitatem quæ faciebat inter eos omnia cōmunia. tertio sym

actio. bolum illud sacrum Christiana conspirationis. quare a to preationes, ut sint quatuor, ita quidem constanter

Lucas in habent Græci codices. Hæc paucula sed pulchra actis. 2. ille, nam nunc nolumus ea producere, quæ de hære explicata = scripsit in Paraphrasi huius loā. Vides autē ista nūc, tus. quæ supra recensuimus orationes, prophetiā, preces, eu charissimam.

## DE ORIGINE ERRO. MISSAE

charistiam. Neq; ego magnopere putarim curandum, Ita nõ cogimus cu  
quod nam cui preponas. Constat enim ordinem pa- gimus cu  
rum habere pietatis, siue collecta præcesserit, siue pro charistiã  
phetia. Hoc autem firmum ac certum est, quod hic, quotidiana  
quẽ ostendimus, ritus & apud D. Paulum & Aposto nã esse de  
los fuerit inuentus neq; alius ullus. bere.

## QVOD HVNC RITVM PVRAE CV STODIVERIT PRIMITIVA ECCLESIA.



ETERVM hunc sacratissim  
um ritum, illibatum custodi-  
uit Primitiva ecclesia etiam us-  
q; ad Arcadij & Honorij impe-  
ratorum tempora. Id quod nos  
Veterum scriptorum probabi-  
mus testimonio, si prius Cypria

ni locum in 2. libro epistola. 3. adduxerimus, qui sic Lege  
habet. Si in sacrificio quod Christus est, non nisi Chri hunc pul  
stus sequendus est utiq; id nos audire & facere oportet cherrimũ  
tet quod Christus fecit, & quod faciendum esse man Cypriani  
davit, cũ ipse in Evangelio suo dicat. Si feceritis quod locum.  
mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos. Et  
quod Christus debeat solus audiri, pater etiam de cœ  
lo contestatur, dicens. Hic est filius meus dilectissi-  
mus, in quo bene sensi, ipsum audite. Quare si solus  
Christus audiendus est, non debemus attendere quid  
aliquis

PER HEIN. BVLLINGERVM

aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei ueritatem, cum per Esaiam prophetam loquatur Deus et dicat. Sine causa autem colunt me, mandata ac doctrinas hominum docentes. Et iterum dominus in Euangelio hoc idem repetens dicit, reuertatis mandatum dei, ut traditionem uestram statuatis, sed et in alio loco ponit et dicit, qui soluerit unum ex mandatis istis minimis, et sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere, quanto magis, tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominum et passionis, et nostrae redemptionis sacramentum pertinentia pars non est infringere? aut in aliud quam quod diuinitus institutum sit mutare &c. Haecenus Cyprianus, quem in hoc adduximus, ut uideres, et si pontificij ritum hunc immutatum a patribus esse probare possent, tamen nondum uisissent, etiam patribus iudicibus. Quid enim clarius, quam quod dicit, neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei ueritatem? Ceterum pontificij alium ritum ostendere non poterunt, quia patres primitiui, primitiuum ritum custodierunt, id quod nunc probabimus.

Plinius  
sequun  
dus.

PLINIVS Secundus cum provinciam regeret Asiae, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret consuluit tunc Traianum imperatorem, allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

nihil aliud se de sacris eorum comperisse quàm coe-  
tus antelucanos ad canendum Christo ac Deo, & ad  
conföderandam disciplinam, homicidium, ad ulterius  
um, si audem, perfidiam, & cætera prohibentes. Hæc  
ex Tertulliani Apologe. aduersus Gentes. capite .2.  
Vides autem quæ fuerint Christianorum sacra, non  
carnem dei & uorare & sacrificare, sed gratias age  
re, orare, conföderare, disciplinam confirmare, quod  
sane non potest nisi doctrina fieri. Huius tempore  
uixerunt Ioannes Apostolus, Ignatius, Polycarpus,  
& non multo post Iustinus martyr & Irenæus. Non  
est ergo quod quidam sperent in missas Ignatij, ac  
Sacrificium uetustissimi Irenæi, nam Ignatij locus  
perperam uersus est, & Irenæus sinistre intellectus.  
Non uincet Thrasones isti Attali Apostolicorum ter  
ror, nouiuis enim & nos Apostolicos. Et idem ille  
Irenæus de quo usque adeo illi gloriantur ad Vi/ **Exausa**  
ctorem urbis Romæ episcopum de Paschate author **Hirenæi**  
est, eucharistiam nihil aliud fuisse quàm Symbolon **sententiæ**  
fœderis, unitatis, & fidei & doctrinæ. Sic enim scri  
bit apud Eusebium. Denique & illi omnes ante So  
terem presbyteri, qui ecclesiæ, cui tu nunc præes, sa  
cerdotium tenuerunt Anicetum dico & piuum, H) gi/  
niumque et Thelesphorum te Xystum, neque ipsi ita  
tenuerunt, neq; hi qui cū ipsis erant et tamē cum ipsi  
ibi. nō obseruarent, pacem semper habuerūt cū illis ec  
clesijs, neq; ipsi repulsi sunt, aut ueniētes ab illis patri  
bus non sunt suscepti, imo potius et omnes presbyteri  
qui



PER HEIN. BVLLINGERVM.

qui fuerunt ante te, omnibus semper qui ita non obser-  
 uabant presbyteris ecclesiarum, eucharistiam solenni-  
 ter trans mittebant. Hæc Irenæi sunt. Fuit autem  
 mos, quod si episcopus aliquis in ecclesiam quam-  
 piam uenisset, tum eius loci episcopus ( id enim intelli-  
 git presbyteri nomine) hospiti eucharistiam trans mit-  
 tebat, nimirum in signum concordia & unius fidei.  
 Vnde Irenæus argumētatur Orientis episcopos nō fu-  
 isse hæreticos iudicatos, utpote quibus communionis  
 symbolum sit trans missum. Rursus quid eo loco clar-  
 rius, quem. 4. aduersus hæreses lib. cap. 33. et 32. post  
 Christi uerba. Hoc est corpus meum, ad hunc modum  
 profert. Hic Christus noui testamenti, nouam docuit  
 oblationē, quā ecclesia ab Apostolis acapiens in uni-  
 uerso mundo offert Deo, de quo Malachias. Non est  
 mihi uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens, et  
 sacrificium non accipiam de manibus uestris: quoniā  
 ab ortu solis usq; ad occasum nomen meum glorifica-  
 tur inter gentes, & in omni loco incensum offertur  
 nomini meo & sacrificium purum, quoniam magnū  
 est nomen meum in gentibus, dicit dominus omni-  
 tens, manifeste significans per hæc, quoniā prior qui  
 decem populus cessabit offerre deo, omni autem loco sa-  
 crificium offertur ei, & hoc purum: nomen autē eius  
 glorificatur in gentibus. Quoniā item nomē filij pro-  
 prium patris est, & in deo omnipotente per Iesum  
 Christum offert ecclesia, bene ait secundum utraq; et  
 in omni loco incensum offertur nomini meo & sacri-  
 ficiū

Euchari-  
 stiā, id est  
 gratiarū  
 actionem  
 uocauit  
 Irenæus  
 Christiā-  
 norum sa-  
 crificium

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

ficiū purū, incensa autem, Ioan. in Apocalipsi, orationes ait esse sanctorum. Hæc Irenæus, cuius diligentissimus lector fuisse uidetur Tertullianus, qui in. 4. aduer. Marcionem lib. hunc eundem Malachie locū tractans dicit. Et in omni loco sacrificium mundum homini neō offertur, scilicet, simplex oratio, de conscientia pura. Quare apertissime uidemus Irenæum nihil aliud sensisse de Eucharistia, quàm quod Apostoli, quorum ritum seruauit, communionem, gratiarum actionem, orationem &c.

Et Tertullianus omnium ecclesiasticorum longe doctissimus, suæ tempestatis Christianorum disciplinam describens in Apologetico, aduer. gentes, ca. 39. aliud nihil exponit, quàm quod in Apostolorum traditione audiuimus. Imo idem author est in eiusdem, lib. cap. 9. Christianos penitus abstinere ab omni sanguine. Et. 4. aduer. Marcionem, lib. hæc Christi uerba exponens. Hoc est corpus meum, subdit, id est, figura corporis mei. Quem locum Sæoli quidam nimis clarum uidentes, tenebris inuoluunt, dicentes, figuram sumi mathematicæ, non significatiue, cum tamen ipse Tertullianus sese exponens dicat. Figura autem nõ fuisset, nisi ueritatis esset corpus, cæterum uacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset, quasi dicat, si Christus phantasticum corpus habuisset, & non uerum, iam non potuisset corporis fecisse expressionem. Si enim speculo nihil admoneas, speculum nihil representabit. Et clarissime in. 5. libro hoc ipsum

Tertullianus.

PER HEIN. BVLLINGERVM

quod hic uocauit figuram, ibi uocat sacramentum,  
 dicens. Proinde panis & calicis sacramentum iam  
 in Euangelio probauimus, corporis & sanguinis do-  
 minici ueritatem aduersus phantasma Marcionis. Et  
 clarissime libro primo. Nec panem reprobaui, quo  
 ipsum corpus suum representat. Ecce representat. Et  
 hic sese interpretatur, quid in quarto libro figuram  
 dixerit, nimirum symbolum, ac significationem,  
 signum expressionēue, aut ut Basilius dixit ἀντίτυ-  
 πον. Proinde Apostolicus iste ritus adhuc pure Ter-  
 tulliani tempore fuit obseruatus. Vixit autem anno  
 domini. 210.

Vt autem multa alia transcam, authorum quorū  
 Dionsi- grauiſſimorum sententias non adferam, Dionysium,  
 us. Alexandrinum apud Eusebium, libro. eccle. histo. 6.  
 Paulinus cap. 30. Eusebium in. 9. cap. ult. item Paulinum, de  
 Eusebi. Ambrosio sileam, unus Augustinus, qui post illos  
 August. omnes uixit, satis magno esse poterit argumentū, nihil  
 adhuc suo tempore de ueteri ritu fuisse mutatum. Me-  
 minit autem disciplinae Christianorum, lib. 2. de Cui-  
 dei, cap. 29. & in. 22. cap. 8. in fine. Profert autem  
 prophetiam, communionem, orationē, & istud quod  
 Vide qd haecenus in traditione Apostolorum, per ueteres au-  
 sit reipsa diuinus obseruatum. Idem in. 21. lib. capite. 25. Salus  
 manduca debetur ijs, qui re ipsa manducauerunt corpus Chri-  
 re corpus sti, in ipso, scilicet, eius corpore constituti, de quo cor-  
 domini. pore ait Apostolus. Vnus panis, unum corpus: mul-  
 ti sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate, id  
 est, in

DE ORIGINE ERRO. MISSÆ.

est, in Christianorum compage membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt, ipse uere dicendus est, manū ducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi &c. Hæc adhuc latius explicat in fine capitis. Quibus interim omnibus certo deprehendimus Apostolicam traditionem ad usq; tempora Augustini durasse illesam. Fuit autem Augustinus anno ab orbe reldempto. CCCC. imperante Honorio, quo tempore & Hieronymus apud Bethleem, Palestine authore, Paulo diacono, migravit ad domum.

Hic Antequam progrediamur, paucis respondebimus ijs, qui nobis Iacobum fratrem domini missæ institutorem obijciunt, ex Decretis Canonicis, item Basilium. Rursum Theodosij excommunicationem. Martini item Turonen. Episcopi sacrificium ex Setuero Sulpitio, & Platina Pontifices, qui pleraq; ordinarint. Et principio quidem audire cupio, quid Iacobus instituerit, si sequentes pleraque ordinarint. Figmentum impudens est, id quod continuo ab Apostolis ritum, neque ad Augustinum patet. Neque quisquam Missæ meminit, qui modo de Iacobo ex uetustis scriptis. Testor Iosephum, Egesippum, Hieronymum. De Basilio nunc aliud non dicam, quàm quod primitus non potuerit nouum populo obirudere ritum. Verum eruditissimus uir tale quidpiam, ne per somnium quidem somniauit. Sed & Theodosij

Obiectio  
nes.

Iacobus  
missæ au  
thor.

Basilius.

PER HEIN. BVLLINGERVM.

Theodosij excommunicatio ad hanc rem nihil facit. De qua Paulinus Ambrosij notarius, sic scripsit. Quod factum ubi comperisset sacerdos, copiam imperatori ingrediti ecclesiam denegavit, nec prius indicavit ceteri ecclesie, uel sacramentorum communioni, quam publicam ageret poenitentiam. Aut si libet, uide ipsius

Historia Ambrosij epistolam ad Theodosium. 28. lib. 5. Aut tripartitam, quam uocant tripartitam. Expendat autem lector amplificationes uehementes, sanctum patrum uimentum, stillantes sanguine manus, sanctum domini corpus &c. Nam de eo quod Paulus diaconus scribit hanc missarum solennia uocat, paulo post disputabimus. Dialogus autem Scuero Sulpitij inscriptus sunt, & pauca. Possem multa alia adferre ad hanc rem, si alio non festinaret oratio. De Platina Pontificibus paulo post dicemus, nunc uero de Missae nomenclatura disputabimus.

Sulpitius

De nomine Missae  
Strenue diuq; à multis de missae nomenclatura disputatum est. Sunt enim qui hoc nomen ab Hebraeis uolunt esse profectum, quibus  $\mu\sigma\sigma$  sonet oblationem. Quibus ego non multum reclamauerim, modo oblationem sentiant esse gratiarum actionem. Quis autem tum Eucharistiam negabit esse oblationem, cum gratiarum actio sit? Iudocus Clichtoneus ait, non nullos esse, qui putent Hebraeis nomē Missae tantumdem esse, quantum Græcis  $\lambda\epsilon\iota\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \psi\epsilon\iota\omicron\varsigma$ , Latinis officium, sacrumq; ministerium. At hi plane ridiculi sunt, qui

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

qui missam cognominatam putant, quasi hostiam, que mittatur ad patrem. Siquidem nihil ab illis discrepant, qui Catharinam uolunt esse dictam, quasi uniuersorum ruinam. Ego Latinam uocem esse, & à latinis inditam putauerim huic sacro, aut certe ab excludendo aut dimittendo deriuatam. Neq; hoc alienū est à latinæ linguæ scriptoribus, quandoquidem usitatum illis est mittendi uerbum ponere pro depouendi aut excludendi. Sic Vergl. in. 1. aneid. Reuocante animos, mæstumq; timorem mitite. Imo ne quis poeticam apheresim aufetur, Terentius ait. Eia lacrymas mitte. Quia itaq; sceleratissimus quisq; excludebatur è coetu fidelium, hinc totum hoc officium missa dici coepit, quasi sacrum à quo ita excludebantur impij, ut ijs non liceret interesse, neque precibus, neq; prophetiæ, neq; communioni. Aut certe nomen habet à cessando seu dimittendo, quemadmodum & apud Plantū legimus: Sed missa ista faciamus, id est, cessemus. Fuit enim hic mos apud uetustos, ut prolixius prophetarent, quo tandem finito, in calæ sacrificium, id est, preces, & communionem subiungerent, ceu coronidem, quo nimirum allusit D. Ambrosius Epistola ad Marcellinam. 33. lib. 1. scribens. Erat autem Dominica. Post lectiones atq; tractatum, dimissis cathæaminis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam basilicæ. Illic nuntiatum est mihi, comperto quod ad Portianam basilicam de palatio decanos misissent, & uela suspenderent, populi

PER HEIN. BVLLINGERVM.

partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere, missam facere coepi, dum offero raptum, cognoui à populo Castulum &c. Hæc Ambrosius. Principio autem uides ueterem & Apostolicum ritum. Prophetiam & orationem, communionemq; hoc non illi sacrificium est. Rabanus Deinde uides solum postrema coetus parte, qua oratur, & gratias agitur, dia missam, nimirum quod istis finitis populus dimitteretur, nam prima pars lectio missam à erat & tractationis. hoc est prophetia, qua tractatur sacrificio tur scripturae. Proinde doctissimus uir facere missam distinguit, ut non celebrare. Neq; scio si uspiam hoc nominis apud uetustiore, quam Ambrosium extet, nisi & in hunc munio margine irrepsit. Legimus quidem apud Ignatium in missa sit. epist. ad Smyrnen. missæ nomē, sed additum est infamia Prophe- impudentiaque interpretis. Legimus item frequenter in Tripartita historia, sed ea non est, cui multum hæc emosina in re arbitraretur tribuendum. Nam missæ nomen Graecis incognitum, proculdubio ab interpretis Sic Innocent. 3. in ex parte loco τῆς λειτουργίας, id est, officij ac po. missæ. Missa diuini ministerij est adpositum, utpote qui Rhe- datur in missam cate- nano authore, pariter & Graecæ & Latine a minorum, & missam ne indoctus erat. Et Paulus Diaconus fidelium, missa cate- post Gregorium tempore magni Caroli aumi. est ab introitu, uixit, itaq; non est mirum. si. 12. de gestis usq; ad offer. posteri Roma. lib. missæ nomē surpet. Et hæc or pars residua. nus de missæ nomenclatura. Vnde

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.  
 VNDE NOSTER MISSANDI  
 RITVS PROPECTVS SIT,  
 Q. VIBVS AVTHORI=  
 BV S INSTITV/  
 TV S.



ESTAT NVNC, VT  
 quod ultimo loco proposue=  
 ram, in presentiarū exequar.  
 Sum autem dicturus, unde  
 noster missandi ritus profectus  
 sit, quibusue institutus autho=  
 ribus, denique quomodo abo=  
 ctus. Et sane meretur res noua & inaudita, nouam

ac præclaram auditorum patientiam.

Scribit Apostolus Paulus, ea quæ scripta sunt,  
 nostri causa esse scripta, ut & inde uita nostra in/  
 strueretur, & ad quæuis redderemur promptissimi,  
 itaque scripturas penitus introspectanti statim adpa/  
 ret, ab ipso mundi exordio gradibus quibusdam cer/  
 tis, ad profundissimas esse peruentum tenebras. Prin/  
 cipio enim ipsum dei uerbum, lumen semitarum no/  
 strarum unicum, aufertur eruditioribus è medio sub/  
 latis, aut certe artibus suppressis. Hinc enim fit, ut  
 quicquid ea maxime amplexemur, quæ ipsi nobis cõfinxi  
 mus, ea autē quanto stupidiora sunt, tãto impensius  
 placēt. Quibus interim ignari in tãtas uoluimur te,

Ab exem  
 plorū in  
 ductione

Psal. u. 8.



PER HEIN. BVLLINGERVM.

Exod. 31. caremus exemplis. Nam cum Israëlitæ Moſen con-  
temnerent, nō ſine Ironia clamantes, Neſcimus quod  
Moſi huic uſu uenerit, non poterant non illius ſtoci-  
pendere præceptiones. Quare mox ſua ſequentes in-  
uenta, in tenebras Aegypti cultumque tauri dede-  
runt. Et in libris Paralipomenon legimus, Quod qui  
Prophetas Dei neglexerint, ijdem in ſummam impie-  
tatem coniurarint. Ad eundem modum ijs denique  
gradibus in miſſarum deuoluti ſumus tenebras. Primi-  
cipio enim eruditi quique una cum ſolida eruditione  
gradus ad miſſa-  
rum im-  
pietatem ſublatis ſunt, barbaris omnia occupantibus. Quare  
mox uerbum etiam dei, una cum uera pietate negle-  
ctum, aut ſiniſtre intellectum, Ceremonijs anſam deli-  
dit, quibus cum nonnulli impenſius eſſent dediti,  
miſeris offuderunt craſſiſſimas errorum tenebras.  
Id quod non grauabimur per hiftorias latius ex-  
plicare.

Viſigo-  
thi.  
Alarius.  
Athaul-  
phus.

Dū ageretur annus ab orbe redempto, CCCCVII.  
Imperantibus Arcadio, & Honorio, irrupit Euro-  
pam literarum, & uere pietatis ipſiſſima lues Viſi-  
gothorum exercitus, Alarico duce, qui poſtea quā  
ē uiuis exceſſiſſet, Athaulphum habuit ſucceſſorem:  
ita ut immanes beluæ Romanis imperarint annis qua-  
draginta quatuor, quibus interim tantam exercue-  
re tyrannidē, ut animus horreat narrando. Siquidem  
ipſam primū urbem Romam aggreſſi, ſeu a obſidione  
cinxerunt, crudelius expugnarunt, poſtremo maiori q̄  
credi

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

credi possit in auitate diripuerunt, nulla enim senum  
 reuerentia, nullum sacri à prophano discrimen, peri-  
 mebantur optimi quiq; uirgines constuprabantur in-  
 digne, ardebant bibliothecæ ac libri in Italia pene o-  
 mnes. Visigothis successere Vuandali ducibus Gen-  
 serycho & Odacre, qui nihilo mitius agentes. 18. an-  
 nis imperarunt, quibus succedere Ostrogothi, duce  
 Theodorycho Bernate qui posteaquã. 14. præfuisset  
 annis à Bellixario pulsus est. At Bellisarius intra. 60.  
 annos plurima restituit, sed necquicquã. Totila enim  
 ipsam urbem à fundamentis subuertit, & omnia cir-  
 cuqua; loca uastauit. Vt intra centũ istos sexaginta  
 annos maximam iacturam fecerit & pietas & erudi-  
 tio. Quis enim ignorat stupidissimas quasq; res maxi-  
 meq; barbaras, stylum item squalentem, hinc uocari  
 Goticum Vuandalicum? Adde quod insignis eruditio  
 nis uie Lauren. Valla Boetium ait eruditorum fuisse  
 ultimum, uixit autem is sub Theodorycho, à quo &  
 supplitio capitis adfectus est. Neq; Laurentij senten-  
 tiam improbauit adhuc eruditorum quisquã, quod no-  
 tior sit Gregorij, Isidori, Rabani aliorumq; eruditio  
 quam multis egeat. Vides autem hunc esse primum  
 erroris gradum, quo linguæ cessant, elegantiora stu-  
 dia pereunt, libri calcantur, eruditio negligitur, bar-  
 baries colitur.

Vuanda-  
 li Genset-  
 rias,  
 Ostrogo-  
 thi  
 Theodo-  
 ricus.  
 Totila.  
 Ab arca-  
 dio ad Ti-  
 beriu. 2.  
 impato.  
 Vide pro-  
 logos ele-  
 gantiarũ  
 apud lau-  
 ren.

Iam uero in confesso est prophetiam constare lin-  
 guarum peritia, deinde diuinis literas summo artifi-  
 cio scriptas, ut nihil habeant prophane literæ, siue litterarũ.

PER HEIN. BVLLINGERVM

eius inuentionem, siue iudicium, siue ornatum siue  
 deniq; dispositionem spectet quo diuinis sint superio-  
 res, id quod & Augustinus docet in libris de Doctri-  
 na Christiana et de locutionibus. Quare fieri non po-  
 test, quin omnia aut certe pleraq; Vandalicum homi-  
 nem fugiant. Quod quamprimum sentimus, mox sa-  
 cras litteras ceu inexplicabiles abijamus, conuertimurq;  
 ad cōmentaria, qui cum & ipsi à summis sint  
 scripti Rhetoribus, nos uero Rhetoricem ne à limine  
 quidē salutauerimus, quid mirū si cæci toto erramus  
 celo? Itaq; sinistre intellecta rapimus ad ceremoniarū  
 fulcra, quarum & modū ignoramus, et egrum animū  
 uana spe deludimus, quod certe Gregorio magno ac-  
 disse nemo inficias ibit, qui paulo diligentius & in si-  
 cuta & scripta hominis expendit. Nam etiam si homo  
 fuerit non omnino malus, neq; penitus barbarus, fuit  
 tamen mire superstitiosus, utpote cui ea deerant quæ  
 ad defecatam pietatem absolutamq; eruditionem spe-  
 ctare uidebantur, peritiam linguarum, puto, acre ac-  
 pium in sacris litteris iudicium, solidioremq; in huma-  
 nis eruditionem. In infœlici itaq; seculo natus, in fœli-  
 cissimarum ceremoniarum fuit magister. Hic enim  
 est ille Gregorius, cui non modo infinitas supersticio-  
 nes, sed & omnium superstitionum caput ac porten-  
 tum, missam, feremus acceptam. In qua re ne quid ot-  
 mnino desiderari possit à quoquam explicabimus tit-  
 bi etiam minutissimas missæ partes, etiam ea non ne-  
 gligentes quæ super hac re Scholastici attulere,  
 quam

Gregori-  
 us mag-  
 nus Pon-  
 Rom.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

quanquam omnes cecutiant alterque ab altero dissen Scholasti  
 tiat. Nimirum quod hæc non intellecta in populum corum de  
 irrepserint, & quisque sibi elegerit quem imitare= missa sen  
 tur, interim non curans de ueritate rerum pertracta/ tentia,  
 tarum, quod quidem uitium est omnium fœdissimum,  
 quare nos nihil adferemus, de quo non possimus certa  
 commonstrare testimonia.

GVILLIELMVS Durandus, Albertus item  
 magnus, & qui hos sequuti sunt, Antoninus Platyna  
 & Gabriel negotium missaticum sic digerunt, ut Introitus  
 primam partem Introitum scilicet, tribuant Celesti/ Pontifici  
 no Pontifici, qui ecclesie dederit cantandum. Porrò omnia re  
 am Chrysostomus homelia in Math. 11. author sit tulerunt  
 apud ueteres imo & suo tempore fuisse usitatissimū ad Rom.  
 integros in ecclesijs psalmos canere, nemo est qui nō Pont. qd  
 uideat ab Asia Grætiæque ecclesijs ad Romanam, infirmū  
 istum morem, à Celestino primitus esse traductum, putarent,  
 Vixit Celestinus anno. 426. Introitus autē nomē hæc quod ille  
 bet ab introeundo, quod psalmi sub populi ingressu so nō institu  
 lerent ani, donec cœtus propè essent collectus. isset hinc

Hymnum seu preces κύριε ἐλέησον adscribunt authores  
 Pontifici Syluestro, & mirum cum apud omnes in cō pmos sub  
 se so sit, quin et ipsa uerba precationis Græcanica, sa ticuerūt.  
 tis coarguant, Græcam esse institutionem, ideoq; ad Kyrielelei  
 Romanos à Græcis translata  
 son.

Hymnum quem uocant angelicum reducunt ad Gloria  
 pontificem Symachum, idque fortassis non usque= in excel  
 deo male, si modo sciant Hilarium Pictauorum episco sis.

pum

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
 pum, non Symachum esse authorem. Nam cum impū  
 Arrij dogma per omnes penē & orientis & occident  
 tis ecclesias serpens, ab omnibus orthodoxis timere  
 tur episcopis, Hilarius quo suæ consuleret ecclesie,  
 hymnū istum composuit in laudem Iesu Christi filij  
 dei, quem interim Arriani blasphemabant, atque suis  
 tradidit in sacris publicis cantandum, quem deinde  
 Symachus sequutus, idē apud Romanos suos fecit. Vi  
 xit hic non ita multum ante Gelasij tempora.

Collectæ Hic uero Collectarum siue orationum authores fa  
 ciunt Gelasium ac Gregorium pontifices, cui equidem  
 parum reclamauerim. Ad satis constat collectæ nomē  
 apud ueteres nomen à colligendo habere, quod pau  
 peribus eleemosyna colligeretur in coetu. De qua re  
 Tertullia. in apologetico, & nos in superioribus. De  
 epistola dicam ubi Euangelion attigero.

Gradua- Gradualia porro & חַלְלֵהוּ referunt ad Gelasij  
 lia. um ac Gregorium, uerū ego potius arbitrarim, omnia  
 Hallelu- ea quæ isti ignorarint, unde profecta sint, in istos du  
 ah. os aggressisse pontifices. Reuera ipsum nomen Grad  
 duale totum adperit institutionis misterium. Siquidē  
 nomen habet à gradibus. Ascendente enim in editio  
 rem locum episcopo, ut æque docens, ab omnibus &  
 audiretur & conspiceretur, populus interea diuinum  
 implorabat auxilium, quo ille uiuidius Christum præ  
 dicaret, ipsi uero non sine fructu audirent. Deinde le  
 gimus cantionem Hallelu ah apud Hieroni. in epist  
 phio Fabiole uetustius itaq; institutum quàm quod Ge  
 lasios

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

Lasios aut Gregorios ferat authores. De tractu, quan- Tractus  
do quidem nouum institutum est, nihil certi putant non  
nulli posse pronuntari, sed mihi uidetur quod à scri-  
pturarum tractatione, cuius memint Ambrosius solū  
remanerit nomen, nam cetera in insanum sunt uersa  
clamo rem. De Sequentia ad hunc modum scripsit Al- Sequentia  
bertus. Hæc non est generalis, nec ab antiquo habita  
in usu ecclesie, sed primus qui hoc diuino officio ad-  
posuit Nothgerus fuit abbas S. Galli, qui etiã omnes  
frere antiquas sequentias fecit, sed ad imitationem eius  
quedam de posteris dictamina sequentiarum in suis ec-  
clesijs inuenerunt & adposuerunt, sicut adhuc faciunt  
multi. Hæc ille. Sed & Adam de S. Victore plerasq;  
conscripsit.

De Euangelij lectione Epistolarum item, sunt qui Epistolæ  
dicant Hierony. esse inuentum, quod primus ecclesijs et euāgel-  
commendarit Damasus. Sunt rursus qui Euang. lecti- lia.  
onem à Thelephoro pontificæ ducant, qui uixit anno  
135. Damasus 360. Ceterum cum ipse Hierony. teste-  
tur in apologia aduer. Vigilantium quod Euangelij  
lectio non sine ceremonijs etiam celeberrima fuerit De hac  
apud Asiæ ecclesias, adparet esse figmentum, nimirū re Alber-  
hinc ortum, quod Hierony. ad preces Damasi, quem- tus quoq;  
admodum ipse testatur, nouum testamentum è Greco et author  
transtulit in latinum, id quod postea Damasus eccle- de ueteri  
siæ fertur commendasse Romanæ. Et ne multis ager- & noui  
mus, paucis quid hac de re inuenerimus, explicabi- deo.  
mus. Quandoquidem in ipso ecclesie exortu multi  
ex sins

PER HEIN. BVLLINGERVM.

Quonia ueteres tractarunt scripturas, ex Synagoga Iudeorum conuertebantur ad Christum, hinc ad illorum exemplum, quemadmodum super in ritu apostolico retulimus, quotidie ferè prophetia celebrabatur. Vbi uero Synagoga deficiente, non pit, & maxima fidelium pars ex gentibus erat, nouum testamentum frequentius quasi uetus tractarunt, in conuentibus interim tamen uetus non negligebatur, quod sine huius cognitione, illius non possit consistere, neq; sensus neq; ueritas. Tandem uero linguis cessantibus, & eruditione à Barbaris foedatâ, quibusuis imo & certis diebus, certas nonnulli designarunt portiunculas, partim ex euangelistis, partim ex epistolis. Vnde iam nobis homeliæ enatæ sunt illæ porrò Gelasij Gregorijq; temporibus adhuc ab ipso scribebantur, ad ueterum imitationem diebanturq; in templis. At post illorū tempora uidemus etiā horū homelias una cū aliorum, et has selectas, recitari in pulpulo. Cuius instituti auctorē quidā uolunt esse paulū diaconū, qui longo tempore uixit post Gregoriū, anno. 810. Sic enim pedetentim eruditione extinctâ, cepit etiam euanescere prophetia, et digna uerbi dei tractatio. Cernis ut hic deuentū sit à scripturis ad patres uetustos, & ab his ad recensiores Gregorios aliosq; huic similes. Sed canamus nunc receptui, dicamusque de Symbolo.

Symbolū Sunt qui istud referant ad Marcum pontificem, qui uixit anno. 335. tempore Sinodi Nicenæ. Sunt item qui eius institutionem uendicent Damaso, qui fuit

## DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

fuit tempore Synodi Constantino. Et mirum est ut illi se torqueant in re facili. Nam Nicena Synodus celebrata est aduersus Arrium diuinitatem Christi negantem Constantinopolitana aduersus Macedonium spiritus sanctus respuentem. Itaque damnauit illa Arrium et orthodoxam doctrinam redegit in capita, quæ Marcus Pontifex ecclesiæ Romanæ tradidit inter sacra reatanda. Hæc porro damnauit Macedonium, & summam de spiritu sancto collegit in pauca argumenta, quæ Damasus suæ tradidit ecclesiæ, ut uel sic quotidiana admonitione, hæresim prohiberent a populo. Instituit ergo Marcus priorem partem. Crede in unum Deum. Damasus sequendam Et in spiritum sanctum dominum &c.

Et de Offertorij institutione nesciunt isti quid dicendum sit, cum rursus ipsa lucè clarius sit, eius authorum extitisse Eutitianum Rom. Pon. qui uixit annis 275. Sed & longe alia fuit institutoris mens, quam isti referant, qui hodie de offertorio scribunt. Cum enim multi ex gentibus conuerterentur ad dominum, qui à teneris ita sacris et libaminibus assueuerant, ut non facile possent deserere, Euthitianus non nihil infirmioribus tribuendum arbitrans, concessit ut epulas in sacrum inferrent conuentum, quas ab episcopo benedictas liceret offerre paupibus aut sane in priuatū usum conuertere. At Gregorius hoc loco scripturæ ( quoniam ipse testatur in Registro suo ) permotus, Ne adpareas in conspectu dei tui uacuis,

Offertorij  
um.

Ne obliuiscaris  
quique quæ  
supra retulimus  
de collectis ex  
Tertuliano.

uacuis,



PER HEIN. BVLLINGERVM

Gebäc  
vnd stadē  
sāgnen.  
Prefatio  
nes.

uacuis, iussit ut dona à plebe inferretur altarijs. Pristinus ille ritus Gentilitius in festum Pasche reiectus est, qui & in hunc usq; diem, certe contra institutoris uoluntatem apud nos perdurauit. Meminit similium August. de ciui, dei lib. 8. cap. ult.

Prefationes autem una omnes ad Gelasium referunt & Gregorium qua in re ipsi quid dicant uiderint. Nam certum est ueteres non nisi unica usus prefatione, ea autem hæc erat clamabat siue episcopus siue diaconus. Dominus uobiscum. Et plebs. Et cum spiritu tuo. Episcopus. Sursum corda, populus. Habemus ad dominum. Sic enim exatabat episcopus populum ad diuinum sacrificium. Nam que hæctenus pertrahantur pertinebant partim ad prophetiam, partim ad preces, hic tandem parabantur ad comunem oblationem, hoc est, gratiarum actio & ad communionem. Postea quã ergo populus adseuerasset se cor dedica se domino, mox prespiter dicebat. Preceptis ergo salutaribus moniti, oremus dominum. Pater noster etc. Oratio Sermone 6. de oratione dominica. His absolutis peragebat episcopus, Gratias item agamus domino deo nostro. Respondebat populus. Dignum & iustum est. Subdebat episcopus. Vere dignum et iustum est equum & salutare, ut nos tibi semper & ubiq; gratias agamus eterne deus per Iesum Christum dominum nostrum, qui antequã pateretur accepit panem etc. Nota enim sunt uerba Christi ex Euangeliorum codicibus.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

bus. Postremo altissima uocē clamabat Diaconus, accē  
dant ergo sancti. Sic enim legimus apud Chryso-  
homel. in Hebr. 17. Vnde & nostrum, Sanctus, ena- Sanctus.  
tum uidetur. Atq; hic quisq; buccella panis sumpta &  
calicē hausto, sese cū sacramento in unum corpus de-  
iunxit, gratias agens redemptori, quapropter & com- Communio.  
municio est dicta. De Canone plura in sequentibus.  
Complendas & secretas inuenit posteritas, nam om-  
nes istas tribuunt Gregorio Pontifici.

Hic autem non ignoro, tibi nondū esse satisfactū,  
quod indigesta rerū mole nihil aliud quā miscella-  
neam contexuerim. Verū ego ne festines oro. Videbit  
tis enim ista haud frustra esse cōassa, sed & oratio-  
nis cursu omnia lucē clariora fient. Equidē res sic ha-  
bent. Cū cōpissent Apostoli de Christo prædicationē,  
nullū aliū in ministerijs misterijsq; ritū sequuti sunt,  
quam eū, quē supra ostendimus. Nam totū illorū sa-  
crum quatuor istis absoluebatur, Oratione, Prophetia  
Collecta, Sacrificiō seu Eucharistia. Iam uero nemo  
cōpellabatur præscriptis hære uerbis. Neq; Apostoli  
locū, tēpus, certas præcēs præscribebāt. Sufficere enim  
putabāt, si summa rerū esset eadem. Et Iudæi elemen-  
tis addicti sunt, à quibus Christus nos uoluit esse libe-  
ros. Ceterū ex hac libertate enata est, tanta in obser-  
uationibus diuersitas. Non quod cōtrarias habēt ec-  
clesiæ obseruationes, sed quod eundē ritū habentes,  
alijs atq; alijs uerbis, alio tēpore, diuersoq; ordine ex-  
equerentur, itaq; hæc ecclesia plus haberet illa minus.

Et quan-

PER HEIN. BVLLINGERVM.

Veterum ecclesiarum ritus  
 Et quamq; hæc deprehendi queât ex superioribus, tal  
 men non pigebit maximarum orbis ecclesiarum ritus  
 exponere, quo omnia fiant clariora. Aegyptij Alex  
 andriæ uiâni, & Thebaidos habitatores, Sabbatho qui  
 dem Collectas (hic intellige conuentiones) agunt, atq;  
 posteaquàm cõmune celebrarint conuiuîi, circa ue  
 speram oblatione facta communicant. In Alexandria  
 quinta & sexta feria scripturæ leguntur, quas de in  
 de propheta interpretantur, omniaq; sunt, præter so  
 lennem oblationis morem. In Cesarea Capadociæ, &  
 Cypro die Sabbati, & dominico, circa uesperam cum  
 lucernarijs Episcopi atq; presbyteri scripturas inter  
 pretantur &c. Hæc ex Socrate Constantinopolitano.  
 In istis autẽ uides rerũ summã esse eandem, omniaq;  
 redigi posse, in. 4. ista capita, sed non ordo idem, ut  
 riæ orationes, non eadem obseruata tempora. Quem  
 admodum ergo singulae ecclesie, singulos habuerit  
 ritus, & tamẽ re ipsa uniuersa unũ. Sic Roma quoq;  
 initio quidem Apostolicũ ab Apostolis traditum custo  
 diuit, & successu temporis, nonnulla ex alijs ecclesijs  
 addidit, tamen in rerũ summa nihil discrepauit, dura  
 uitq; hæc libertas diutius, quàm rerum summarum  
 unitas. Nam Romæ primum unitas scissa est, dum  
 Gregorius ille magnus in media barbarie, in corrup  
 tissima etate natus, primus institutione acritu, in  
 & scriptis euulgarit, quod ante eum nemo Roma  
 norum pontificum. Etsi non ignoremus proximos  
 quosq; hominis præcessores in eadem fuisse senten  
 tid,

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

lia, nihil tamen usq; adeo aperte ab ijs prodijt, ac à Gregorio. Huius enim ritus, huius leges, huius instituta, nihil nisi noua respiciunt, diuersa item ab orientalium ecclesijs, quæ missas istas nunquam receperunt, sacrificij cruentati, omniumq; Canonis prodigiorum, nullibi meminerunt, quæ interim iste nobis inuexit. An tale quidpiam habuere Augustini tempora? Nihil plane. Interim ergo ista enata sunt, nimirum Gothis omnia uastantibus, quibus Gregorius succedens anno domini. D C id peperit, quod illi parturierunt. Age itaq; audiamus rerum omnium in occidente mutationem.

Igitur Gregorius in Romanum Pontificem electus, statim plurima inuehere noua cepit, imprimis uero nouum missandi ritum condidit. Quid autem hominē ista faciendi impulerit non uideo, nisi inmodicum ceremoniarum studium, nouandi cupiditas, & odium Constantinopolitane sedis, quod & si occultum fuerit in Gregorio, latere tamen non potuit, ut ut ipse occultauerit. Itaq; ex omnium istarum, quas supra recensuimus, ecclesiarū unum, quem hodie habemus ritum, consarcinauit. Nam ita de eo Albertus scripsit. Ecclesiastici. 47. dicitur. David dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora usq; ad consummationem uitæ. Hoc enim de beato Gregorio potest intelligi, qui ressecando superflua, & adponendo necessaria, & ordinans confusa dedit decus ecclesiasticum in celebratione officij diuini, & tempora

Gregorij  
institutio

PER HEIN. BVLLINGERVM

Ioan. Syracusano  
Episcopo  
parte. 8.  
episto. 7.

Canon  
Misse.

Tertulli.  
ad scapulam.  
Ambrosius  
Theodosio.

festiua, & profestorū dierū ordinavit proprijs unius  
cuiusq; diei officijs, usq; ad vitæ ecclesiasticæ perfectum  
etum ornatū. Sed quid Alberti testimonio opus habet  
mus, cū ipse in Registro de sese loquitur, & non  
sit, se cōsuetudines (ut ait) veterū reparavisse, & non  
uas tamē utiles cōstituisse. Videamus ergo quid con-  
stituerit. Principio morem istū psalmos canendi abro-  
gavit, antiphona supposita, quam Introitum uocant.  
Deinde instituit, ut Græcicæ præces nonies dice-  
rentur. Hic ordinavit Collectas, iussitque Diaconos  
exoluere Euangelicæ lectionis officiū. Cætera porro  
subdiaconos, aut minores ordines (ut ipse ait, ipsius  
enim uerbis utor) exhiberi. De Offertorio superius di-  
ximus. De Canone nūc dicam, in cuius authore pro-  
dendo, cū plurimi admodū sudent, atq; ob hoc omnia  
frustulatum diserpant, nos quo certiora sint, tota  
pro proceribus ecclesiæ. Orationē pro populo in cætu  
Memoriā sanctorū, aut si maui diuorū. Verba conse-  
crationis. Orationē Dominicā, Fractionē hostiæ &c.  
Fuit autē usitatissimū Veteribus, orare in sacris con-  
uentibus, pro ecclesiæ principibus, maxime pro imper-  
ratore. Fuit item in usu, ut sacerdos præeam offerret  
deo pro populo. Hinc autē prima Canonis pars pro-  
fecta est. Quam eodē modo Roma. tribuunt Pontifi-  
cibus, quo cætera omnia. Fuit & diuorum & minor  
ria apud uetustos celebris, quemadmodū ex Augusti-  
no liquet, de Ciui. dei, lib. 22. cap. 10. Celebrant Pon-  
tificij

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

sacrificij etiam de sanctorum memoriam post consecrati-  
 onem, à Pelagio (ut aiunt) institutã, quod nos liben-  
 ter illis damus. Et obiicientibus Tertulliani locũ, Obla-  
 tiones pro defunctis annua die facimus, item Cypri-  
 ani. Non est quo pro dormitione eius apud nos fiat  
 oblatio, sic respõdemus. Veteres istos sacrificij ac ob-  
 lationis uerbo, pro laudis seu gratiarũ actionis hym-  
 no, pro gratulatoria ac solenni memoria, usurpasse.  
 Nam fuit omnino hic mos apud uetustos, qui nũc æ-  
 lebratur, restauratore Zuinglio, apud Tigurinos, De  
 functo uno ex fratribus gratulabatur episcopus, habe-  
 bat nonnũq̃ orationẽ funebrem, qualẽ de Theodosio  
 habuit Ambrosius. Laudabat populus dei misericordi-  
 diam, quod fratrẽ bona fide è mundo uocasset, præca-  
 bantur item, ut hoc modo etiã ipsi exæderet. Sed pro  
 bemus hoc ex ipsis scriptoribus. Tertull. in, 2. lib. ad  
 uxore in fine, Vnde (inquit) sufficiam ad enarrandã  
 felicitatem eius matrimonij, quod ecclesia cõciliat,  
 & cõfirmat oblatio, & ob signatũ angeli renuntiat,  
 pater uero ratũ habet. Quid putas intellexit author  
 oblationis uocabulo? missam? Atqui nondũ erat, ergo  
 benedictionem publicã, ecclesiæ gratulationẽ intel-  
 lexit. Quæ solet etiã in Tigurinorũ ecclesijs fieri. Est  
 & alius locus Tertulliani, de monogamia, quem bre-  
 uitate gratia transeo. Iam uero Cyprianus, lib. 4.  
 epist. 5. Celerini cuiusdam in uinculis detenti memi-  
 nit, adseres hoc in eo nõ esse nouum, cũ ferè tota eius  
 cognatio martyriũ fecerit, tandem subiungit, Celeri-

PER HEIN. BVLLINGERVM

na iam pridem martyrio coronata est, item patruus eius ac auunculus Laurentius & Ignatius in castris & ipsi quondam secularibus militantes, sed veri ac spiritalis dei milites, dum diaboli, Christi professione prosternunt, palmas à domino, & coronas illustri passione meruerunt, Sacrificia pro eis semper (ut meminitis) offerimus, quoties martyrum passiones, & dies uersaria commemoratione celebramus. Haecenus Cyprianum adduximus. Porro quid dici poterat apertius, quam quod dicit istos palam & coronas consecutos, ergo non egent nostro patrocinio, ut liberentur, nam salui facti sunt. Quid ergo uocauit Cyprianus sacrificium? nil nisi gratulationem, & laudem dei memoriam sanctorum. Aut quomodo uerisimile cuiusquam uidetur Cypria. sacrificasse pro martyrum salute? qui in sermo. de mortalitate, prohibet luctum, ne gentibus occasionem reprehendendi fidem nostram darent, Quanta quæso hæc foret reprehendendi audacia, si pro redemptione mortuorum sacrificassent? Quid quod idem aduersus Demetrianum aperte dixit, postquam hinc excessum fuerit, nullus iam poenitentiae, nullus ueniae locus, hic uita aut amittitur, aut tenetur. Ideoque scientes litassent pro mortuis frustra. Quo fit, ut ueteres non celebrarint talem mortuorum memoriam, qualem instituit Pelagus. s. cui successit Gregorius magnus. Hæc defunctorum memoria, ac oblatio apud Tertullianum, ac Cyprianum eadem illa est, de qua & Augustini locum supra comonstrauimus. Sed &

Sacrificia  
um pro  
cōmemo-  
ratione.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE,

Sed & domini institutio, quam illi uocant, Consecra-  
 uerba, coram omnibus semper ecclesijs lecta sunt. Et  
 orationem dominicam retulimus ex Cypriano in su-  
 perioribus. Et fractio panis, ac agnus dei recentiora  
 sunt, quippe à Sergio diu post Gregorij tempora ad-  
 dita, quam hic de ijs dici debeat. Videns itaq; Schola-  
 sticus, qui ipsa Gregorij tēpora attigit, diuersas istas  
 consuetudines, animum adpulit, ut concordiam faci-  
 ens, omnia ista in unum redigeret corpus, quodq; ob  
 hoc uocauit Canonem, nimirum regulam. Testabitur  
 hoc ipse Grego. in Registro, ubi aperte dicit, se apud  
 Romanos adieuisse orationē dominicam, quod indig-  
 num uideretur, ut precē quam Scholasticus (hæc enim  
 hominis uerba.) composuit super oblationem dixere-  
 mus, & orationem Saluatoris non diceremus. Testat-  
 bitur Inno. 3. de officio missæ, Gelasius (inquit) cre-  
 ditur Canonem principaliter ordinasse, sed ut ipse  
 Gregorius asserit, in Registro. Scholasticus illū com-  
 posuit, qui super Eucharistiam secreto dicitur. Idem  
 Gregorius, in Canone, tres orationes adiecit, oratio-  
 nemque dominicam, censuit super hostiam recitari.  
 Testabitur & Rhenanus dicens. Canonem. Te igi-  
 tur dementiss. à quodam conscriptū, aiunt, cui Scho-  
 lastico nomen fuerit, & indicat hoc Diuus Gregori-  
 us, paulo ante suam ætatem factum. Claret ergo quod  
 Gregorius Canonem receperit primus. Hinc arbi-  
 tror ipsum ab Alberto nominari Canonis ordinato-  
 rem. De communionem autem ad hunc modum scribit

Durauit  
 enim cō-  
 munitio  
 adhuc  
 sub Gre-  
 gorio.



PER HEIN. BVLLINGERVM.

idem Albertus in libro de Missæ mysterijs. Primum  
 in usu fuit, ut omnes in ecclesia conuenientes, omni  
 die communicarunt. Cum autem hoc crescente multi-  
 tudine, non satis idonee seruari posset, constitutum  
 est, ut communicarent diebus dominicis, cum autem  
 hoc rite non seruaretur, constitutum est, ut com-  
 municarent tribus in anno uicibus, iuxta legem Exo-  
 odi. 23. scilicet in Pascha, Penthecoste, & loco scet-  
 nopicie, in natiuitate domini. Cum autem nec hoc ri-  
 te seruaretur, nuper in Concilio Latranen. constituit  
 ecclesia, qd' semel in anno in Pascha fieri dedit &c.

σικνοωκ  
 γία.

Epilogus  
 particula  
 ris.

Habetis, ut opinor, unde noster missæ ritus pro-  
 fectus sit, quibusq; institutus auctoribus, nimirum ex  
 uetustissima simul & optima obseruatione manauit,  
 quæ cum iniuria temporum male astodiebatur, imò  
 & inuertebatur, doctis & eruditione solida, istarum  
 rerum, uindicibus sublatis, emerisit ceremoniarum ma-  
 gister Gregorius, homo nouandi cupidus, qui abusi  
 mederi uolens, iudicio tamen carens, & Gothica opi-  
 nione imbutus, hoc ipso, quo abusum tollere uoluit,  
 ipsissimū abusum inuexit. Nā sua illa nobis proposu-  
 it, inter quæ præter nomina nihil est, quod antiquita-  
 tem respiciat. Vbi enim prophetia? Nullū huius uel ue-  
 stigium uideo. Audio quidē diaconos solo oris sono  
 Euangelia & Episto. murmurare, at cordū secreta,  
 uerbo reuelari non audio. Vbi oratio publica? omnia  
 ad impudicissimū quæq; sacerdotē sunt trāsata. Aut  
 quæ ex ueteribus ecclesia eiusmodi admurmurauit.  
 Deo

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

Deo præculas? Vbi sunt collectæ? Nomen audio, misericordiam non uideo. Dona feruntur, sed ad altaria sacrificando. Vbi deniq; communio? ubi populi gratia? Causa fuerit actio? ubi fœdera? omnia semel ad unum sunt. ite Gregorius trās lata sacrificium, qui uerius ad aram histrionem rursus ut potestibus exprimit, quā sacerdotem. Vides nunc ut in ista æstus Gregorij ordinatione omnis abolita sit uetustas, & ret. inuenta suprema superstitio. Neq; mouearis hominis sanctimonia, nisi enim personæ urgeret authoritas, ubi res ipsa deficit, iā ipsa per se res hominibus persuaderi non posset. Quin quid multis opus? iam redi ad Cypriani quā supra ex. 2. episto. lib. episto. 3. attulimus, sententiam, cuiq; confer Gregorij institutionem, & uidebis me non modo non esse temerarium, sed etiam modestissimum.

Hic tamen te monemus, ut ea quæ diximus recte intelligas. Nā aliud est in uehere, aliud obtrudere. Diximus autem Gregorium inuexisse missas, dicimus autem Adrianum obtrusisse. Et tamen hic non obtrusisset, nisi ille prior induxisset, quapropter ut totam culpam non reijcimus in Grego, sic eum errore non liberamus. Cum enim ritum istum induceret, non is erat Roma. Pont. qui leges orbi præscriberet, & ideo ista solis Romanis suis obtrudebat. Ideoq; & ipse in Registro testatur, se aliorum ritus ac mutationes non improbare. Deinde satis constat Constantinopolim, sed & totius Græciæ ecclesias Romanorū missas nunquam agnouisse. Verum fuere ab ipso initio Orientales

PER HEIN. BVLLINGERVM

les ecclesie Asia, Hellas item, Macedonia, Græcia,  
 Aegyptus quoq; & Alexandria minus superstitioni-  
 bus obnoxie quam Ocidentalium, Italia, Hispania,  
 Gallia &c. fuerunt illi etiam multo eruditiores non  
 modo in prophanis, sed & sacris litteris. Nos ab ipsis  
 rerum initijs ceremonias atq; fucum adorauimus ma-  
 gis quam pietatem & religionem, quo minus miran-  
 dum si profundius cæteris gentibus abiuiumus in erro-  
 rum superstitionisq; nebulas.

Roma su-  
 per alias  
 culta fuit  
 Italiae  
 Gallie et  
 Hispanie  
 Germæie  
 que popu-  
 lus Goto-  
 rum in eo  
 tēpere stu-  
 pidus.

Et quanquā à Gregorio et successoribus suis lon-  
 go post tēpore nullæ cogerētur, neq; ex Gallicis neq;  
 Italijs, ecclesie, Rom. sumere missas, quando adhuc  
 singulis licebat suis uiuere legibus, tamē magni nomi-  
 nis erat apud omnes Ro. uenerandi putabātur Rom.  
 episcopi, colebantur ut docti et sinceri, in primis autē  
 Gregorius apud omnes in magna opinione erat. Pro-  
 inde fiebat ut spōte sua multi ex Gallia et Italia epi-  
 scopo Ro. susciperēt missas, cū certo iā olim sibi persua-  
 sissent, nihil posse prophanū esse, qd' à tantā sede fuis-  
 set profectum. Atq; ita temporis successu late diffusa  
 est missarum superstitio. Tandē uero ubi etiam acade-  
 ret imperium (quemadmodū in. 1. ac. 2. ca. retulimus)  
 ubi Ro. omniū ecclesiarū caput haberi coepit, eiusq;  
 pontifices crederentur Christi uicarij, ubi deniq; Fran-  
 corum reges cum Ro. conspirassent Pontificibus, tum pri-  
 mo Gregorianū officiū ocidentalium ecclesij obtulerunt  
 est, abrogatis omnibus, imò & inhibitis adde & pro-  
 scriptis ritib. patrijs. Quod facinus aiunt sub Adria-  
 no Pon-

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.  
No Pontificae eius nomini: .i. admissum, cum ageretur  
annus ab orbe redempto. DCCXC. Quare iam uides  
quod Grego. tyrannica arma instruxit Ad. ianus uer  
torapuit, quare non tam huic quam illi suscrisio im  
putandaerit.

A QVIBVS ET QVOMODO OCCIDENTALES ECCLESIAE  
MISSAS ET TRANS-  
SUBSTANTIATIO/  
NES ACCEPERINT.



HABETIS A QVO SIT

Missae Romana profecta, habet  
tis item quis nam tyrannide sua  
perrumpent ecclesias libertate  
sua spoliauerit, nouumque ri  
tum obtruserit, nunc ergo au-

di quorum auxilijs missae in omnes occidentis ecclesi  
as (quemadmodum Adrianus cupiebat) sint translat  
te, quibusq; artibus, & à quibus transsubstantiatio sit  
adiuuenta. Itaq; cum Hadrianus sedisset annis. 24.

Leonem. 3. habuit successorem, hic autem Imperium  
à Grecis transfudit ad Fracos, & Carolū magnum in Caroli  
Romanorū Imperatorem inaugurauit, quare ita sibi studiū in  
hominem deuinxit, ut apud eum omnia potuerit. Et propagā  
cum Carolus religionem teneret Romanam, latiꝫ da missa

imperitaret

PER HEIN. BVLLINGERVM.

imperitaret utpote Gallis, Francis, Germanis, Sue-  
 wis, Bauaris, Austrijs &c. late nimirum potuit Ro-  
 manam diffundere religionem. Aedificauit itaq; tem-  
 pla, instituit allegia, non modo apud Gallos suos qui  
 iam bona parte superstitiones receperant, sed in Ger-  
 mania quoq;. Nam primus peregrina sacra huc intu-  
 lit, unde & uetustissima collegia ac templa à Caro-  
 lo Regibusque Francorum sunt instituta. Potuit autē  
 hoc eo facilius quod sub Pipino patre & Gregorio  
 eius nominis. 2. Bonifatius quidam monachus Ro-  
 ma profectus, Romanaq; religione imbutus, Germa-  
 nos ad fidē cōuertisse dicitur. Sic enim habet Platina.  
 Huius præterea Gregorij peculiaris laus est, quod  
 eius opera Germani ad fidem nostram conuersi sunt,  
 misso eo Bonifatio monacho, hic primus Moguntina  
 sium legitur episcopus, qui & Pipinum Zacharia in-  
 bente coronauit, proditione, abiecto rege Childery-  
 cho, de qua re diximus in cap. 1. & 2. Moguntia por-  
 ro archiepiscopatus Germania constitutus est, uerisi-  
 mile itaq; quod ceteri episcopatus inde sibi religionis  
 sumpserint formā. Porro Moguntia à Roma. Pon-  
 ti. religione dependit. Hic itaque uide quo tempore  
 Germania Ro. Pontificem colere coeperit. Nam alias  
 certo commonstrare possumus ex Hirenco, Tertullia

Adde qđ no et Hilario quod uerā Christi fidem habuerit Ger-  
 Clodoue mania, quare haudquaquam uerisimile uidetur quod  
 us Dagū ab Hilarij tempore ita desciuerint omnes à Christo;  
 berus etc ut nouis opus fuerit doctoribus. Proinde cū lego Ger-  
 maniam

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

maniam ad fidem à monachis quibusdam esse conuer-  
sam, ego plane ad Ro. religionem conuersam intelli-  
go, maxime quod eo tempore Roma caput ecclesiarũ  
haberetur, orientalibus à Mahomete subuersis, Gre-  
cie uero suppressis Roma. Pon. tyrannide. Carolus  
itaq; magnus Roma. religionẽ, imò illam ipsam qua  
ipse imbutus erat Germaniæ, reliquisq; populis suis  
commendauit, resistentibus nonnunquã bello & cla-  
de oppressis. Coronatus est anno ab orbe redempto.  
DCCCL. et decessit anno Imperij .XIII, fundatis col-  
legijs .XXIII. Huic successit Lodouicus filius, qui  
multo superstiosius à Roma. pendebat Pontificibus  
id quod uel hinc colligere possumus, quod Legatos Mi-  
chaelis Constantinopo. Imperatoris in negotio Simu-  
lachrorum plane audire uoluerit, sed ad Pontificem  
reijcerit, quod Pontificũ esset de his ac similibus man-  
dere, Regum uero obedire, quare etiam sub hoc rege  
mirum inmodum promota est Romano. Pontificum  
superstitio. Ita sub Lothario. Lodouico. 2. Carolo cal-  
uo. Nam hi omnes maiorũ mores imitati, toti Roma.  
Pon. erant addicti.

Porro cum Carolus imperitaret, & Lodouicus à  
Pontifice Romano penderet, non erãt tunc missæ usi-  
quæ adeo numerosæ ac uenales, ut nunc sunt, quin in  
uno Collegio non nisi unus aut alter altario inseruiet  
bat, æteri enim operam dabãt litteris ac prædicabant,  
ut tamen erant mores ac litterarum studia. Celebra-  
bat & ipsam Eucharistiam Carolus, ac reliquus po-  
pulus

illis im-  
perarent  
interea  
Christia-  
ni.

Au<sup>ty</sup>  
Abbas  
Turpi  
nus.

Non fuit  
capitale  
transsub.  
nō crede  
re.

PER HEIN. BVLLINGERVM  
pulus ter in anno. Sed ei capitale non erat Transsub-  
stantiationem non credere, utpote cuius nomen eo tem-  
pore erat incognitū. Viuebant enim omnes in cepta  
consuetudine, nemo erat qui altius scrutaretur, Docti  
inhærebant patribus quos ob eruditionē, ipsi nō usq;  
adco eruditi, non intelligebant. Videbatur Gregorius  
esse uir sacratus et doctus. Sed in patribus Ideomaticis  
non obseruabantur, atq; ita qui q; diligenter custodie  
bat, qd' ceu per manus à maioribus acceperat. Quod  
autem capitale non fuerit Transsubstantiationi seu  
potius opinioni de Carne Christi carnaliter mandu-  
canda, fidem non dare, Ioannes philosophus quem  
alio nomine Scotū uocant, satis conuincit. Fuit enim  
hic non minoritanus ille, sed ut adparet ex Græcâ  
natus, qui sub Lothario rege in Galliam profectus,  
apud Regem in maximo honore fuit. De hoc Scoto  
sic scripsere Platyna, Sabellicus & Raphael. Inadit  
in tēpora Lotharij, Ioan. Scotus alter à religioso, uir  
in utraq; lingua doctus, & in rebus diuinis scientissu-  
mus, hic suorum affectatorum fraude perijt, stilo con-  
fossus, nec causa tam impie cædis traditur. Hæc illi Sa-  
bellicus præterea refert nonnullos sentire Parisiorū  
gymnasium à Ioanne Scoto esse institutum, à Claudio  
gaguinus Alchuino, et Rabano. Verum ego potius istos putare  
dicit hosrim Gymnasij à Carolo magno instituti, fuisse Regen-  
quattuor tes, ut uocant aut Doctores. Tam uero Bernardus Lu-  
uiros Sco Zenburgus author est in Catalogo hæresim & hære-  
ticia profet<sup>orū</sup>, Scotum hunc ædidisse librum de Eucharistia,  
qui

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

qui postea dānatus sit in cōsilio Vuerællen. Hinc autem nos colligimus. Si capitale fuisset à Roma. dissen-  
 tire transsubstantia, iam Scotus à rege fuisset repul-  
 sus, neque Parisien. præfectus gymnasio. Fuit au-  
 tem in magno apud regem præcio, nemo itaque tum  
 cogebatur transsubstantiationem credere, quæ post  
 aliquot annos Consiliorum roborata est decretis, magno  
 Non enim in fittias ierim Scoti tempore Carnalem de  
 Christo manducationem apud plerosque fuisse rece-  
 ptam. Attamen non usque adeo fuit celebris, ut post  
 aliquot annos est celebrata. Et quod Carolus in suam  
 religionem multos iurare cogebat, neminem tamen  
 ob carnalem manducationem peculiariter torquebat,  
 Sed quemadmodum supra monuimus, uiuebat quis/  
 que in recepta opinione, & inuecta primum à Ma/  
 gno Gregorio.

Post Lotharium & Lodouicum . 2. tanta rabies  
 dominandi Pontifices Romanos inuasit, ut mutuis ca-  
 derent uulneribus, ueneni propinationem puto. Fue-  
 runt enim à temporibus Caroli calui usq; ad imperiū  
 Othonis. 3. hoc est, intra centū triginta trium annorū  
 spatū, plures Romani Pontifices, quā à Tiberio usq;  
 ad Iulianū, hoc est, intra quadringētos an. fuerit. Si/  
 quidē cū hi ob fidē Christi omnes ferē gladio tiranno-  
 rū extincti sint, plures tamē triginta tribus nō fuere  
 Et isti, qui nihil ob Christi fidē perpeffi sunt. 37. nume-  
 rū excedūt. Interea quid putas religioni decessisse, po-  
 tissimum cum iam olim superstitione & ceremoniaradi-  
 ces egissent

Etos Be-  
 da fuisse  
 disapu-  
 los et Io.  
 missum  
 Papiā à  
 Caro. lib.  
 Derebus  
 Frāco. in  
 5. lib. me  
 minit alte-  
 rius cuius  
 piā Ioan.  
 Scoti Gre-  
 cæ erudi-  
 ti.

Tirannis  
 pontificū



PER HEIN. BVLLINGERVM

Monachus  
floridus  
acen. fuit

Fredericus  
uuardus  
& Berengarius.

as egressent altius, quam quæ potuissent à sincerissima  
mo quopiam Doctore reuelli, tæo enim ab indoctis  
& impijs pastoribus, quales ea habuere tēpora, Nam  
huc tandē res decidit, ut pessimi quoq; & impijssimi  
ecclesias, imò et cathedras regerent. Romæ enim Ger-  
bertus quidam magis deditus, Pontificatum inuasit,  
coronatus anno domini. M III. & Syluester. 2. appo-  
latus est, quo minus mirandum est, si in agro domini  
co multum succreuit zizania, quoniam inimicus ho-  
mo, agricolis adeo stertentibus, libere quæ uoluit, sea-  
minare potuit. Verum dominus ille noster misericors,  
cuius oaculis omnes hominum uie sunt expositæ, qui  
que super in crassissimas tenebrarum ac errorum ne-  
bulas suos immisit prophetas, etiam in corruptissimū  
istud seculū immisit Frederuuardum, & non ita lon-  
go ab hoc tempore Berengariū Turonensis ecclesie  
episcopum, uiros pietate & eruditione ( id quod &  
aduersarij concedunt ) insignes, hi ergo diuino uerbo  
exati, docuerunt ad Ioan. Scoti exemplum, in primis  
uero scripturarum regulam. Corpus Christi non conti-  
neri in sacramēto eucharistiæ, realiter & substantiali-  
ter, sed figuratiue, Esse enim figuratam Christi lo-  
quutionem. Hoc est corpus meum, quemadmodū cum  
se Christus nominat agnum, & lapidem angularem,  
itaq; panem manere panem, & uinum non mutari in  
sanguinem, quippe cum uinum calicis inebriet, san-  
guis uero non item. etc. Et multa alia in hanc senten-  
tiam adferebant etiam ex uetustis patribus, adferentes  
idem

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

idem Vetus in hac re sensisse, quemadmodum testatur Lanfrancus, Paschasius & Guimundus synchroni Berengarii apud Guilielmum Vuidefordum. Nemo ergo iam caussari poterit longa tempora. Vides enim satis tempestiue monuisse dominum, principio per Scotum, deinde per Frederuardum, mox per Berengarium. Quod si obieceris haeresim, ego à domino dicarum dominum, restaurarunt ueteres ecclesiae ritus. Atqui uim fecerunt uerbis domini? Nequaquam, sed quod ante eos Tertullianus, Ambrosius ac Chrysostomus attulere, idem hi attulerunt. Illi uocarunt Eucharistiam figuram, sacramentum, symbolum, typum corporis. Et proinde hi dicunt figuratam esse locutionem, cum Christus dicit. Hoc est corpus meum. Obserua item, quod quemadmodum linguarum insatia, barbaries, et caeremoniarum studium abusum inuexit. Sic crudelitas eundem retextit. Diximus enim Scotum fuisse uirum Graece & Latinae doctissimum, & in scripturis scientissimum. Quare nam sunt qui longa obijciunt tempora, clamantes ecclesiam, neque à deo deseriri posse, neque errare. Vides enim ipsam uindictari à tenebris, uides prophetas, uides uerbum domini, oues autem quae pastoris uocem audiunt, sunt de ouili domini, Qui non possunt se de consortio ecclesiae iactare? qui ergo eius erant, domini uocem recipiebant, & aeteri respuebant. Legimus autem per annos triginta continuos constantissime praedicasse cum

Digressio.

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
suis Berengarium, atq; tantam populi multitudinem  
prædicata suscepisse, ut quatuor celebrata concilia, ni-  
hil profecerint. De quibus iam dicemus.

Conciliū  
Vueræ-  
len.  
Igitur cum apud Turonenses dogma Berengarij  
magno omnium desiderio susaperetur, & inde cen-  
metropoli deriuaretur in eas, quæ subsunt ecclesijs,  
Cenomanensem puto Andegauensem, Redonen-  
sem, Leonensem, Dolensem, Maclouiensem &c. ui-  
sum est Cardinalium cœtui, & Pontifici Romano  
Vercellis celebrare Concilium, dum ageretur annus  
ab orbe redempto, Millesimus, quinquagesimus pri-  
mus, præsidente Leone Roma. Ponti. eius nominis. 9.  
Habuit autem hic Leo monachum quendam in de-  
litijs è Cluniacæn. Cœnobio profectum, mire astutum,  
in signem hypocritam, quem Hildebrandum uoca-  
bant, sine huius consilio nihil tentabat, neq; quicquid  
ratum erat, quod ille non adprobasset, ideoq; impi-  
um, Romanæ ecclesiæ Cardinalem creauit, & eidem  
sancti Pauli ecclesiæ gubernandam commisit, ut  
quasi consors Pontificij muneris secum uideretur, cui  
alter Petri, alter Pauli templum tueretur & reger-  
ret. Huius itaq; consilij, ut omnia Transsubstantia-  
tionum concilia sunt celebrata, sic hoc Vuerællense  
ipso præsidente primario est peractum. Disputabant  
in eo Paschasius, Guimundus, Vulgus, Hulsus, Lan-  
francus, homines barbari, Sophistæ & Aristotelissi-  
mi, quemadmodum ex illorum, quæ extant, fragmen-  
tis colligere licet. Sed & Lanfrancus Cantuarien-  
episcopus

DE ORIGINE ERRO. MISSAE,  
episcopus, qui pugnantium erat antesignanus, idem  
ante conalium cum Berengario senserat, uerum cum  
periculum timeret, abnegato Berengario, coram con-  
dij patribus sese expurgauit. Tandem ubi Berengari-  
us recantare nollet, una cum Ioanne Scoto, & Freder-  
uardo hereseos damnatus est, declaratumq; Eucha-  
ristiam uerum esse corpus, & uerum Christi sangui-  
nem. Atq; hæc prima Transsubstantia. Synodus. Sei-  
quanda celebrata est apud ipsos Turonenses, quod  
Vuerallensis nihil mouisset horum animos. Agebat  
autem & in hac, Victoris secundi Ponti. Roma. uices  
Hildebrandus ille ueterator, quare & ab eodem Ber-  
engarij doctrina damnata, & Transsubstantiatio  
definita, auctore ipso etiam Thoma Vualden. in. 43.  
cap. De Sacramentis. Verum ne sic quidem potuit  
composci Berengarius. Itaq; tertia Synodus Romæ  
congregatur, sub Nicolao Pontifice eius nominis. II. Concilio  
Et in hoc confessu impiorum insidijs circumuentus Be-  
rengarius reuocauit, sed nunquid hoc ex corde fecerit,  
hinc estimari potest, quod reuocationem ab alio  
compositam, ipse tantum coactus, legit. Nam Lan-  
francus apud Vuidesfordum author est, Hubertū quen  
dam Cardinali in cōscripsisse, ac eam Berengario le-  
gendam in Conalio tradidisse. Acta sunt hæc, anno  
domini, Millesimo, quinquagesimo octauo. Reuocatio  
autē relata est in Pont. decreta, de consecra. disti. 2.  
Ego Berengarius. Peractis istis Romæ. Berengari-  
us domum reuersus, mox Apologiā scribit, & multo  
d. 2 constan

Concilij  
Turon.

Concilij  
Romanis  
1.

Fortassis  
Hildebr.  
fuit, nam  
nomina  
cognata.

PER HEIN. BVLLINGERVM.

constantius, nūc quā hactenus Transsubstantiatio  
impugnat. Sed Romæ bellū sub Nicolao gerebat Hil-  
debrandus aduersus Normannos, in Apulia, & hoc  
finito, aliud aduersus Cadolum, pro Alexandro, quē  
ipse iusserat esse Pontificem, ita ut Eucharistia nec  
gocium aliquamdiu cesseret. At ubi Hildebrandus  
Pontificatum ui inuasiſſet, & tyrannide obtinisset,  
rebus aliquanto pacatioribus Romæ quartam Trans-  
substan. Synodum celebrauit, in qua & Berengaria  
Roma. u. um hærescos damnauit, & Transsubstan. definiuit.  
Anno millesimo septuagesimo nono. Hic Hildebran-  
dus in Pontificatus fastigium eluctatus, Gregorius  
Ob hoc septimus dictus est. Idem antequam celebraret Con-  
Mogunti ciliū Cardinalibus ieiunium indixit, ut dominus  
nen. Sy ostenderet, quis rectius sentiret de Eucharistia, Ber-  
nodus cū rengarius ne an Romana ecclesia. cumq; nullum ede-  
uocauit retur signum, tamen temeraria audacia definiit, quod  
Berenga. ipse non credidit, si enim credidit, cur quæso signum  
discipulū postulauit? si non credidit, cur incertam rem nobis  
quæstio: cepit? O impietatem, o uesaniam. Ab hoc Gregorio,  
nem po: à homine usq; deo impio Transsubstantiationem hat-  
suisſet. bemus, nec enim est, quod ad Concilia eam referat  
mus. Audisti enim hunc impijſſimum hominem omi-  
nibus imperitaſſe, hunc & presidentem, & iudi-  
cem. & de finitorem primarium egiſſe. Cur ergo id  
ſuſciperemus ecclesie nomine, quod ab hariolo, à ma-  
gicæ artis deditiſſimo est profectum? Nolumus in pa-  
ne no/

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

ne nostro fieri transmutationem magicam, Gaudeat  
 is solus suis incantationibus. Et scio ego ista nobis  
 mira uideri, quod qui Platynam legerunt immodicas  
 Hildebrandi uiderunt laudes. De Sabellico iam nihil  
 dicam; cum ferè in omnibus sequutus sit Platynam,  
 Sicut utrunq; Raphael. Ego uero ea paucis expo-  
 nam, quæ uerissima historia de hoc Hildebrando  
 scripsit Beno Cardinalis Romanæ ecclesiæ, ad totum  
 cleri conuentum. Vixit enim Hildebrandi tempore,  
 Adijciam item in calæ ex Chronica abbatis Vrspur-  
 gensis fragmentum de hoc impijssimo homine. Fuit  
 itaq; Hildebrandus, natione Hetruscus. Patria Soa-  
 nensis, Cluniacensis autem Prior, sed Cœnobium re-  
 linquens, Romam profectus est, ubi & Laurentio  
 adhaesit Malfetano archipresbytero, à quo & magi-  
 am doctus est. Didicerat enim ille iuuenis adhuc im-  
 pietatem à Gerberto illo, quem superius diximus Ro-  
 manum Pontificem factum, & Syluestrum secundum  
 uocatum. Didicerat eandem & Theophylactus, qui  
 hoc eodem tempore Romanus Pontifex erat, adpel-  
 latus Benedictus. ¶ Iuncti ergo singulari amicitia  
 Theophy. Laurentius. Hildebrandus, & Gratianus,  
 qui eadem arte imbutus, & archipresbyter erat Ioan-  
 de porta Latina, ea patrarunt scelestissimi, quæ demo-  
 ni consecratos decebant, nolo enim nunc referre im-  
 mundicias, supra, libidines, sacrificia in syluis, &  
 montibus, demonibus litata, mitiora tantum referam,  
 è quibus potissimum est, quod Conrado Rege, impe-  
 ratoreq;

Historia  
 ac uita  
 Gregorij

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.  
ratorēq; defuncto Henrychum filium coronare uoluerunt (erat enim Theophy. summus Pontifex reliquū à consilijs) sed coronam imperij miserunt Petro Regi Vngarico, hunc addentes uersiculum.

Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam, ceterum Henrychus Vngariā deuastauit, et uictor multa hominum millia occidit, qua in re Magici isti probe expresserant patris sui demonis imaginem, qui & ipse nullis rebus perinde gaudet atq; ceditibus. Euidet autem rege Vngarico Impera. exercitum parat in Pontificem, Quare Benedictus timore exanimatus, Gratiano magis sodali Pontificatum uendit, & Romam uenit cum Laurentio discedit, sed Gratianus cum Hildebrando rei euentum expectans, coronatur, nomenq; mutato Gregorius. 6. uocatur. Interea Caesar alibi pibus superatis, Romam crumpit. Pontificem cum Hildebrando capit, & Bambergensium Episcopum Syndegerum, quem secum ex Germania adduxerat Pontificem esse iubet, qui coronatus, Clemens secutus nominari coepit, ab hoc posteaquam coronatus esset in Germaniam reuertitur, ducens secum Gregorium & Hildebrandum, Et Gregorius in exilio defunctus est, Hildebrandus uero hypocrisi apud Imperatorem tantum potuit, ut libertati donatus, liber in Palatio regis degeret. Hoc ipso tempore apud Romam Clemens ueneno extinguitur, succedit Damasus, qui & ipse tertia die decessit. Theophylactus enim una cum Laurentio post Caesaris discessum, Romam reuersus, per

PER HEIN. BVLLINGERVM

per Gerbertum quendam Brazutum, nobilem intoxi- Gerber-  
 catorem uiros optimos perdiderat. Vnde Cardinaliũ tus uenet-  
 Senatus Imperatori pro nouo Pontificæ creando scri- ficus.  
 bit, qui Brunonem Romam misit, manumisso item  
 Hildebrando, qui & egregie bono simpliciq; uiro hy-  
 pocrisi sua imposuit, nam coronatus Hildebrandum  
 adsumpsit in regni Collegam. De qua re paulo ante  
 diximus. Nec diutius quàm unum atq; alterum diem  
 expectans Theophylactum suum, pœnitentiam si-  
 mulantem Leoni in dolo reconciliauit, postremo au-  
 tem gratias pro beneficijs referens, uirũ optimum ue-  
 neno per Brazutum sustulit, spe consequendi Ponti-  
 ficatus, cæterum spe sua frustratus. Victorem agno-  
 scabat Pontificam, sed non diutius q̄ annos duos &  
 menses aliquot, sustulit enim et hũc ueneno Brazuti,  
 succassit huic Stephanus. 9. quem idem ille ueneno oc-  
 cidit, cum non plures, quàm. 7. sedisset menses. Mira  
 enim rabies inuadendi regnum agitabat impium, atq;  
 adeo ut Benedictum. 10. illius successorem, non uenet-  
 ret. Verum ne sic quidem uoti compos factus, Nico-  
 laum secundum imperitare uidit, sed Brazutus cum  
 dolore leuauit, Nicolao è medio sublato. Atq; hic  
 primum Cardinales Impera. de Hildebrandi tyranni-  
 de multa conquesti, petierũt, ut eis in electo suo Par-  
 menti episcopo Cadolo fauorẽ præstaret & auxiliũ.  
 Quamobrem mutato aut uerius suppresso inuadendi  
 regnum instituto Hildebran. Cum suis Anshelmum



Admodū DE ORIGINE ERRO. MISSAE.  
elegans Lucensem Episcopum eligit, & Alexandrum scilicet  
est, quod dum nominat. Ut uel sic iustitiam regni inuadent  
Benoni ibi di, de se conceptam declinaret, & aduersus Imperato-  
dem adijt. pretextu ecclesiasticorum Canonum ageret libe-  
at. Ad co riu. Quid multis? Cadoli partes multa eade pro-  
ronatio sternit, deinde Mantuano conuentu Imperatore pre-  
nem autē textu Canonum decipit. Quo successu elatus, ipsum  
cū tardi quoq; Alexandrum, quibus poterat artibus uexabat.  
us ueni= Quare Alexander Cesaris opem implorat. Queres  
ret, abbas Hyldebrando erant gratissima. Hic enim protinus  
Casinen clamauit indignum esse eum, qui iuxta Canones pon-  
tis, ait hilitificia gauderet dignitate, qui contra Canones auxi-  
debran. lia peteret à prophano principe, itaq; exauthoratum  
Frater in uincula conijcit miserum, ipse interim sibi rerum  
nimiū tar summam uendicans, non prius publice regnum inua-  
dasti. Re sit, quam ille esset extinctus. Mortuo autem Alexan-  
spondit dro, eadem hora Hildebrandus à suis militibus, &  
abbas. Et suæ factionis nonnullis, in sedem summi Pontificis  
tu hilde. est collocatus, dictusq; Gregorius. 7. Hic uero pro-  
nimiū fe- tinus eos persequi cœpit, qui tyrannidi suæ nolebat  
stinasti, subscribere. Cesarem item ipsum excommunicauit,  
q nōdum nimirum in eius rei uindictam, quod Impera. pie me-  
sepulto morie pater, impium monachum decreuerat exilio  
D. Papa in Germaniam deportandum, & si alias pretexte-  
sedē apo ret excōmunicationis causas. Hæc autē omnia ex Be-  
sto. cōtra none, qui etiam hæc adijcit. Ioan. Portuen. episcopus  
canones (sunt enim ista Benonis uerba) qui intimus fuerat  
usurpasti à secretis Hildebrandi adscendit in ambonem beati  
Petri

DE ORIGINE ERRO. MISSAE,

Petri, & inter multa audiente clero & populo ait,  
 Tale quid fecit Hildebrandus & nos, unde debere=  
 mus uiui incendi, significans de sacramento corporis  
 domini, quod Hildeb. responsa diuina querens contra  
 Impera fertur inieciisse igni, cōtradicientib. Cardina/  
 lib. qui assistebant ei. Haecenus Beno. Iam uero ego  
 nos Audito. optimi per Iesum Christum hortor, ut ista  
 qua haecenus diximus probe expendatis. Audistis Be  
 rengarij doctrinam et uitam inculpata, Audistis qua  
 tuor Conaliorū de Transubstantiatione definitiones.  
 Audistis Coripheū in istis omnibus fuisse Hildebran/  
 dum, simul & praesidem & definitorem, & Cardina  
 lem & Pontificem. Nam ut uictoria militib, & si  
 strenue pugnarint, non adscribitur, omnia autem ad  
 duam referuntur, sic equidē hic putauerim Transub.  
 pecialiter ad Hildeb. esse referendam, ad Hildebran  
 dum in quā hipocritā, impiū, homicidam, ueneficam,  
 magicum, demoni deditum, tyrannum, qui hoc quod  
 ipse euexit, cum magna ignominia calcauit, Eucharisti  
 am puto corpus & sanguinem quae ille in magiae usus  
 flammis tradidit. Hi sunt S. R. Pont. haec Conaliorum  
 constitutiones. Hic nobilis illius Transsubstantiationis  
 ortus. Hoc nos ita laudamus, Pro hoc æu aris & foas  
 depugnauimus, cum praestaret istam malorum larnam  
 in uniuersum abiēcisse. Restat ut fragmentum ex Vr=  
 spurgen. Abbatis Chronica de Hildeb. siue Grego. 7.  
 adscribamus, sic habet. Quia illum constat non à deo  
 electum, sed à seipso in fraude & pecunia obiectum,

PER HEIN. BVLLINGERVM

Intelligūt aſtico corporis & animæ intentat mortem, qui Chriſtiant  
 Rodol. imperij conturbauit regnum, qui regi catholico ac pa  
 phū regē ſcordias, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala,  
 ſeu ducē inter coniuges diuortia, & quicquid quiete inter pie  
 Saxonū. uiuentes ſtare uidebatur, conaſſit, nos authore deo  
 congregati in unum legatis ac literis freti decem &  
 nouem epiſcoporum die ſancto Penthecoſtes congre  
 gatorum, contra eundem Hildebrandū procaciſſimū

Addunt ſacrilegia & incendia prædicantē, periuria & homi  
 Berrēga. cidia defendentē, diuinationū ac ſomniorū altorem  
 diſcipulū manifeſtum necromanticum, Phytónico ſpiritu labor  
 qđ eucharante: met idcirco à uera fide exorbitantē, iudicamus  
 in. 4. con. canoniæ deponendū & expellendū, & niſi ab ipſa ſe  
 cilio poſu de his auditis deſcenderit in perpetuū condemnandū.  
 iſſet in. Hactenus Vrſpergenſis.

queſtionē. Pergamus nunc reliqua quoq; huius negocij expli  
 care. Deſinita ergo ad eum quē diximus modū Trans  
 ſubſtantiatiōe, mox eorū temporū docti omnes cala  
 mum rapiūt, et animū ad ſcribendū de corpore et ſan  
 guine domini impellūt, hoc unicū predicāt et inalcāt  
 omnes, quaſi totū pietatis fundamētū in corporali mā  
 ducatione cōſiſteret, ſed qualibus argumentis ſuffulti  
 fuerint, teſtantur ad huc eorū libri, qui extāt. Scripſit  
 Anſhel = enim hac ætate Anſhel. Lāfrancus, Guāmun. Paſtaſi.  
 mus. Iuo Carnotēſis et An. do. mille ſimo cent. Hugo de. S.  
 Hugo de S. Victo. Victore, hi cum ſuo ſealo haberentur eruditiffimi, et  
 ipſi

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

ipsi interim in Transsubstantia, strenue laborarent,  
curum non est si hanc persuaserint multis.

Anno domini millesimo centesimo, quinquagesimo  
emendicavit Decretorum opus Gratianus monachus Gratia-  
S. Procli, quod dicitur adprobasse Eugenius. 3. nec nus.

mirū, cū uideret isto pontificatū fortissime propugna  
ri. Scripsit eodē tēpore Sententias suas Petrus Lōgo Petrus  
bardus. Fuit uterq; Sophistias artibus imbutus, & ut Longo  
ambo ineruditi, sic mirū in modum temerarij, norunt bardus.

enim qui horum libros contulerūt cū uetustis scriptor  
ibus, quanta in scitia Patrum sententias adulterarint  
quā nonnulla ē medio euulserint contextu, consequē  
tium et præcedentiū nulla ratione habita, nōnulla ue-

ro Ambrosio. Augu. ceterisq; adscripserint, quæ tamē  
nihil neq; exornatiōis, neq; dispositiōis, neq; iuditij,  
neq; phraeos, neq; pietatis Ambrosianæ habēt. Et ta-

men hi sunt quibus omnes serē nixi sunt, qui intra ho-  
sæ .40. annos scripsere, quod Decretis contradicere  
esset piaualare. Nūc uero iactamus longa tempora, ue-

istos patres, ecclesiæ synodos cū à 4. aut .5. uiris  
iste res omnes dependeāt. Grego. Adria. Carolo, Hil-  
debrando. Gratiano et Longob. Itaq; uictus populus

indoctus tantis credit doctoribus. Quare Dominus. 4.  
iā per Vualdonē monet, ut idololatriā fugāt sui, pie-  
tate ueramq; religionē tueātur, esse enim eucharistiā

symbolū tantū corporis et sanguinis domini, fuit hic  
Vualdo ciuis Lugdunen. uir singularis prudentiæ &  
pietatis, qui omnibus suis facultatibus in pauperes dis-  
tributis,

Gratia-  
nus.

Petrus  
Longo  
bardus.

Vualdo  
Lugdunē  
sis.

PER HEIN. BVLLINGERVM

tributis, quo totius philosophari posset, multos Pontificia eripuit ac Christo dedicauit quare à Pontificibus persequutionem persequuti immanē, tandem etiam flammis extincti sunt. Nam ita haecenus demon suū in pontificibus regnum confirmarat, ut iam non minus à Pontificibus cederentur fideles, quàm olim ab impijs. Roma, Imperatoribus, sed quāto seuius cedebantur, tanto animosiores in pugna cōsistebant. Erat enim consilium à domino, atq; adeo ut Vualdenses isti in hunc usq; diem perseuerarint in cruce tamē et patientia, annos fere quinquaginta & trecentos, nam uixit illorum dux Vualdo anno domini .1170. Itaq; iam certum est doctrinam apostolicam in causa eu-

Acto. 5.

3. Re. 19.

Heliq; uiros elegerit, id quod ego credo. Sunt enim ex nobis multi qui Magicam istam transsubstantia, nunquam credidimus, neq; unquam credemus.

Innoc. 3.

Anno domini. MCC. sedit Romae Innocentius. 3. uere nocentissimus, hic Decretales composuit, & librum de Eucha scripsit, postremo Romae in latranē-

Cōdium si templo synodum celebrauit, in qua edidit Symbolū Latranē.

quod Scholastici omnes Niceno Equandum putant, & in hoc transformationē siue ut uerius dicam, trans sub. retulit in articulos fidei, nam sic censuit. Vna est fidelium uniuersalis ecclesia extra quā nullus omnino saluatur, in qua, idem ipse sacerdos est sacrificium, Iesus

DE ORIGINE ERRO. MISSÆ

Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramēto  
altaris sub speciebus panis & uini ueraciter contine  
tur, transsubstantiatis pane in corpus & uino in san  
guinem potestate diuina &c. Extant ista in opere il  
lo cuius ipse Inno. author fuit, Decretales puto, lib.  
episto. i. cap. Firmiter credendum. Cæpere ergo missæ  
esse in magno prætio maxime quod huius Pontificis  
tempore Mendicantium ordines Franciscani, Domini Mendicã  
cani, Augustiniani & Carmelitæ exorti sunt, qui cū um ordi  
desidia et torpori essent dediti, ex re sua futurum spe nes.  
rarunt, si missationibus suis possent querere uictum,  
itaq; missas sum opere laudarunt, unde sub his cæpe  
runt missæ frequentes esse. Impugnauit eos duobus  
libris Guilhelmus de S. amore, sed eosdem damnauit  
& exussit Ro. Pontifex Alexander. IIII. quod mendi  
cantium ordines sibi profuturos uidebat. Sic enim so  
let raptor tueri raptorem, quo tutius una rapiant.

Anno domini MCCXL. scripsere Raymundus, Raymun  
Hugo Cardinalis. Bonauentura, Alexander de Hales dus.  
Albertus magnus & huius discipulus Thomas a qui= Alberius  
nas hic è corypheis Transsubstantiatorijs unus, pro= Thomas  
ximus esse meretur Longobardo et Gratiano, quibus  
tantū nixus uidetur. Sub hoc Thoma aristotelico the  
ologo institutum est festum Corporis Christi ab Vr/ Festū cor  
poris  
bano. 4. monacho ordinis Cister. Idem Thomas com poris  
posuit ecclesiasticum eius diei offiaum. Qua propter Christi.  
& alicem ac columbã à Pontificæ meruit habere in  
signia. Et cum in ceteris omnibus admirandus sit Tho  
mas

PER HEIN. BVLLINGERVM.

uas, imprimis tamen admirabilem fecit sequentiam  
cuius initium. Lauda Syon saluatorem &c. quem ab  
omnibus diligentur exalti optauerim. Neq; nouum  
uideri debet quod omnia ad uotum istis successerint.  
Nam penes Scholasticos theologos erant summa  
queque, monachi erant pontifices summi, monachi  
cardinales, monachi episcopi. Theologi erant prin-  
cipum consiliarij. Theologorum erant uniuersitates.  
Itaq; undequaque suas sordes, sua somnia obtruse-  
re misero populo, & nemo erat qui se pastorem lupis  
istis opponeret. Quin & Gregorius decimus, sequen-

Sicut Leo  
3. Carolū  
cecauerat

Conciliū  
Lugdunē  
sium.

dus ab Urbano, Ponti. Maximus, quo sibi nobiles  
Germaniæ arctius constringeret, Rodolphum Hab-  
spurgi Comitem Romanum imperatorem esse iussit,  
Alphonso rege decepto, idque sequenti Lugdunen-  
si Concilio, anno domini. Millesimo ducentesimo sexa-  
gesimo quinto. In eodem Concilio Festiuitates consi-  
tute sunt certæ, quibus populus sacra audiret, quem  
admodum testantur Decreta. Cano. de Consecratione  
distinctione tertia. ano. Pronunciandum est, quæ in  
stitutione mirum est, ut missarum præteritum, quod  
nis creuerit auctibus.

Anno domini. 1308. compilauit Clemens. 5. libris  
quem uocant Clementinarum, & eundem, celebrati  
Cōalium Viennese  
Viennese Urbani ordinationem de celebrando singulari  
festo corporis Christi, districte precepit obseruari, ut  
extat Clementis libro tertio. Tit. de reliquijs & uene-  
ratione

DE ORIGINE ERRO. MISSAE:

ratione sanctorum, canone. Si dominum. Idem hosce  
damnavit articulos, qui suo tempore erāt apud non  
nullos decantatissimi.

Quod Deum & corpus Christi non continet sub  
se realiter altaris sacramentum.

Si enim hoc esset uerum, iam deus diu esset deuora  
tus, etiam si maximus montium fuisset. Sacerdotum er  
go auaritia totum sibi substravit mundum, quod tam  
care uendūt hominibus panē tantillum cuiusmodi est  
hostia, pro qua ad miuus uolunt habere denarium.

Quod si Christus esset ueraciter in sacramēto alta  
ris, iam sacerdotes nostri multo peiores existerent lu  
da traditore, hic enim Christum uēdidit pro .30. argen  
tis, illi pro uno denario.

Altaris sacramētum nō est nisi caulus sacerdotum  
et tota diuini officij decātatio, nō debet sanctius quid  
reputari quā canum ullulatio.

Anno. 1360. apud Oxoniam Anglorum edidit Io  
annes Vuicleue libros Trialogorum, quibus inter alia  
multa etiam hāc pertractat quæstionē, quæ tum erat  
de Eucharistia, atq; in hūc modum definiit. Quod ma  
net panis substantia post eius consecrationē in altari  
et nō desinit esse panis. Sicut enim Ioannes fuit figu  
ratiue Helias & non personaliter, sic panis est figura  
liter corpus Christi, & non naturaliter. Nam absq;  
omni ambiguitate hęc loquutio Christi. Hoc est cor  
pus meum figurata est, sicut illa. Ioannes est Helias.  
Hic itaque quintus est à Ioan. scoto, qui post vetu  
stos

Ioan. Vult  
ckleff.

Attende  
quod hęc  
interpre=  
tatio à tē  
pore apo  
stolorum  
durauit  
usque in  
nostra tē  
pora.



PER HEIN. BVLLINGERVM.  
stos patres mysterium eucharistie edocuit aduersus  
errorem Gregorij. Hildebrandi & Innocentij. Idem  
cum Vuicleuo docuerunt Io. Hus. & Hierony. Prae-  
gundus quare Constantiam uocati, à Conalio exusti  
Consiliū sunt, anno domini 1417. De eo autem Conalio plura  
Constan. dicere supersedeo, cum omnes sciatis quantū in eo pie-  
tas naufragium perpeffa sit, & quantū opibus  
Ro. Ponti. creuerit. Nam ab isto iam  
plus Centū annis in captiuitate de-  
tenti sumus & superstitione,  
cū nemo impune haecenus  
aduer. istud loquutus sit  
Conaliū, cum istud  
etiā omnes Ger-  
maniae proce-  
res dor-  
muc-  
rit.

PERORATIO.



**H**AEC SVNT CANDIDE Lector, quæ de origine erroris, quod quidem attinebat Eucharistiæ ac Missæ negotium habuimus, quibus omnibus patere arbitramur, quàm uani ac mendaces sint Pontificij errorum ministri, qui Apostolicos minantur, longa tempora crepant, atq; diuinitus institutos ritus fulminant, cum lucè clarius sit, missam humanum, imò & nuperum esse inuentum, quippe quæ cœpta à Gregorio, ab Hadriano occidentalium ecclesijs imposita, et à Carolo ac filijs sit propagata. Sicut transubstantiatio à magico Hildebrando, consilijs firmata ac inuenta, Sophistarum uero auillationibus absolutâ, utpote Innocentij, Hugonis, Lanfranc, Carnotensis, Gratiani, Longobardi, Alberti, Thomæ &c. deniq; Pontificum tyrannide plebi penitus obtrusa, immo & auricularibus confessionibus ad desperationem usq; inculcata. Porro quid inde enatum, quantæq; abominationes in hac re fundatæ sint, norût pij omnes. Principio enim panis ac uinum adorari cœpere, idololatria apertissima, contra Christi mandatum, Ioannis. 4. & Lactantium lib. 2. cap. 1. 18, 19. Credidimus deinde falsis à demone editis signis, propterea quod ueritatem reliqueramus. 2. Thessa. 2. Tertio uidimus nouum sacerdotium, nouumq; sacrificium, in ignominiam unici sacrificij & æterni sacerdotis

Vide missarum impietatem

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
Sacerdotis Iesu Christi. Hebre. 7. 9. 10. Sed & Sa-  
cerdotibus istis connubio interdictum est, quasi res  
impolluta, & dei sanctissima institutio Deuotos  
istos, ac pulpifices foedare posset, cum interim Saluti  
us hominum genus, nulla habuerint secula, Manife-  
stissime ista precipientes ex doctrina demonum con-  
tra uerbum dei. 1. Timoth. 3. 4. Concilia item Niar-  
to, Congessimus auri cumulos, Margaritarum, ac pra-  
ciosorum lapidum aceruos, istis deum colere uolui-  
mus, hic ecclesiarum thesauri pauperibus furto sub-  
lati, panico idolo, ac simulachris Hyrenes adpen-  
sunt, contra domini uerbum, Ioan. 12. & Ambro. 2.  
Officiorum, lib. ca. 28. Quinto, exortus est impius  
ille ac phanaticus cantus, quo nihil stultius audiri  
orbis, quoq; D. Paulum Corinthij plurimum offen-  
derant. 1. Cor. 14. Nihil enim nunc adferam de sa-  
crificijs pro mortuis depositionibus, Septimis, Tri-  
simis, sacris nimirum a ludis funeralibus translatis.  
Nihil adferam de Purgatorio, quod potissimum in-  
missas immittitur. Hic sacrificuli Didrachmate, Vr-  
sifero, nonnunquam & obulo uendiderunt missas,  
adeoq; corpus & sanguinem domini. A sacrificio tam  
intemperate, tam impudice, tamq; impie conuiuunt  
tur sacrificuli, ut quiduis potius credas, quam honi-  
nes, immo et Cassios canes, aut si maus, Sepulchra-  
les in Hircania. Hic uino omnia madent, clamore om-  
nia resonant, spurcicia, ac turpiloquentia omnia sa-  
tent,

Dani. 11.

Lucia  
nus de lu  
ctu.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

tent. His committimus animas nostras horum missa-  
tionibus putamus deum placari, cum interim nos ui-  
tam pristinam non mutemus, sed & peccatum pecca-  
to coaceruemus. An non uidemus, istam seductionem  
omnium profundissimam? An non animaduertimus  
nullibi otiosiores fucos, nullibi immoderatores, pota-  
tores, nullibi impudentiores, scortatores, nullibi ma-  
gis inuidos, canes, auariores, Eucliones, & somnu-  
lentiores, Endimiones esse, quam ubi missa sunt ce-  
leberrimæ? Quid ergo dubitas missam esse Excelsam  
maximum, à quo semel omnis dependeat impietas?  
Atq; ad hunc modum inimicus ille humani generis  
ex leta Eucharistia, atq; sobrio conuiuio, negociatio  
nem fecit uoracissimorum hominum, uentriumq; fœ-  
dissimorum. Id quod & inter Corinthios primitus 1. Cor. 11.  
fecisset, nisi Paulus dei uerbo ueteratori restitisset,  
quare uerbo neglecto, reuersus inter nos istud absol-  
uit, quod apud illos tentauit. Siquidem quisq; nunc  
propriam cœnam sumit, neq; uero cœnam domini  
manducat. Rogandus itaq; dominus, ut corda  
nostra illuminet, quo summam istam  
impietatem, bona conscientia  
cōtemnamus, & sacra-  
tissimam Christi  
institutionē  
amplexe-  
mur.  
Fiat.

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
 APPENDIX.  
 DE ROMANI PONTIFICIS AV-  
 THORITATE, QVANDO, A  
 QVIBVS, QVAVE AR-  
 TE, IN TANTAM IM-  
 PERII GLORI-  
 AM SVBVE-  
 CTVS  
 SIT,



CRISPIMVS IN LI-  
 bello, de Origine erroris, ma-  
 ximam erroris partem à Ro-  
 mana sede proficiscā, quod ne  
 quem offendat in presentiarū  
 probabimus, differentes. De  
 Romani Pontificis authori-  
 tate, Quando &c.

Grego.  
 magnus.

Gregorius in epistolis parte. 7. epist. 30. ad Eul-  
 logium Alexandrinū episcopū. Equidē (inquit) in san-  
 cta Calcidonen. Synodo, atq; post à subsequentibus  
 patribus hoc honoris (quod uniuersalē Papā uocat  
 decessoribus meis oblatū, uestra sanctitas nouit,  
 sed tamē nullus eorū, uti hoc unquā uocabulo uoluit.  
 Haecenus Grego. Constat itaq; quod adhuc Grego-  
 rij tempore eam authoritatē sibi Romā nō uendica-  
 uit, quā tamē hodie impudens arrogare audet. Id quod  
 etiā Canonice Decretis cōprobare possemus, dist. 97.  
 cap. 14.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

ta. legimus. Et quanq̄ apud Eulogium se maxime huius  
millet Gregorius, tamen acerbissime expostulat, cū Ioh  
anne Constantinopo. patriarcha, quod is se uellet ag  
nosca uniuersalē episcopum, Romanæ sedi id honoris  
uendicans, quare & nonnullas epistolas plane anxias,  
ad Mauriāū Imperatorē, & eius Augustam scripsit,  
iniquū putans, ut eo honore priuarentur, successores  
Petri, cui dictum. Tu es Petrus, & super hanc Petrā  
&c. Quare haud immerito Grego. is uidetur, qui Ro  
manam tyrannidem aut cœpit, aut sane, ut à Bonifat  
tio eius nominis. 3. auspiciaretur, occasio fuit. Nam sic  
scribit Paulus diaconus, lib. de gestis Roma. 18. ca. 5.  
Phocas extincto Mauritio, eiusq; filijs, Romanorū re  
gnum inuadit, hic, rogante Papa Bonifatio, statuit se  
dem Roma. ecclesie, ut caput eſſet omnium ecclesiarū: tum.  
quia ecclesia Constantinopo. primā se omnium eccle  
siarum scribebat. Et quanq̄ Ro. Pontifex hic ceteris  
omnibus eſſet prælatus, tamē adhuc sui iuris nō erat,  
sed electus cogebatur expectare Imperatoris Constan  
tinopolitani sententiā, deinde Italia exarchi authori  
tatem, deniq; & populi Romani cōprobationē, quod  
quidem primus manumisit Constantinus Imperator  
tius nominis. 4. Siquidē Sabellius Enneade. 8. lib. 6.  
testatur hūc in modū, Constantinus multa bona ani  
mi, in Benedicto. 2. cernens, statuit, ut quē iam ante  
clerus, populusq; Ro. cū exerātū creassent, is uere uir  
tem Christi in terris gerere crederetur, cū ad id tem  
pus, usq; Constantinopo. principis exarchie autho  
ritas

PER HEIN. BVLLINGERVM.  
ritas eam ratam Pontifici faceret dignitatem. Et ha-  
ctenus, quibus in iij's prælusum sit tyrannidi, nūc ue-  
ro quibus artibus sese penitus extricarint ex Caesaris  
Imperio, nam Caesar Pontifici adhuc imperitabat.  
Exorta est hoc eodem tempore in Græcia hæresis,  
quàm Monotelitarum uocant, utpote unam tantum  
in Christo uoluntatem seu naturam adserentium, è  
qua contentione ( ut aliquando copiosius docebimus )  
cum etiã simulachra in controuersiam uenirent Pon-  
tifici Caesar mandauit, ut semel omnia tolleret. Quia  
in re cum Pontifex consilij inops esset, quippe qui  
neq; obedire uellet, interim Imperatori resistere non  
posset, principio ad Raucennatum conuersus exerci-  
tum, tentabat si ad defectionem sollicitare posset, de-  
inde ad Francorum regis confugit. De qua re Platina  
sic scripsit, Gregorius. 2. impietati Leoni de simu-  
lachris tollendis, non modo non obtemperat, uerum  
etiam omnes Catholicos admonet, ne in tantum erro-  
rem timore, uel edicto principis ullo modo delabantur,  
qua cohortatione adeo animati sunt Italiae popu-  
li, ut parum absuerit, quin alium sibi imperatorem de-  
legerint. Rauennæ certe, cum alij imperatori, alij Pon-  
tifici obtemperandum, dicerent, tanta orta est seditio,  
ut in ipso tumultu Paulus exarchus cum filio occide-  
retur. Et in uita Gregorij. 3. Cū imperato. Leoni ne-  
gotium esset cum Saracenis, Luitprandus rex Italiae  
regnandi cupidus, exercitū urbi admouit, quare Gre-  
gorius Franciæ principi, legatos misit, qui rogarent,  
ut pri-

DE ORIGINE ERRO. MISSAE,

ut primo quoque tempore, laboranti Romæ & eccle- Francorū  
 siæ auxilium ferret. Consueverant autem Pontifices Ro- reges par  
 mani, si quid mali ab externo hoste imineret, auxilia pam susci  
 ab Impera. Constan. petere, quod facere Grego. nolu- piunt.

it ob causas, quas antea numeravi. His itaque ratio-  
 nibus accidit, ut tunc primum tutela ecclesiæ ab Im-  
 pera. Constan. ad Francos translata sit. Hæc ille. Cæ-

terum cum ad eum, quem diximus modum, uersu-  
 tis. Ponti. in Francorum penetraſſet animum, mox se

alia obtulit occasio Pontificibus multa commodissi-  
 ma. Nam cum hætenus apud Francos, non Reges ipi-  
 si, sed regni nobilissimi quique, quos Maiores do-

mus uocant, aut ut nostro tempore audimus Parla-  
 mentum, omnia administrarunt. Chilpericus autem

rex, Pipinus uero Pusillus in Parlamento celeberrim-  
 mus, coepit hic animum ad regnum inuadendum ad-  
 iicere, quod quo commodius posset, principio quidem

ſæde & prinapibus, & populo adulatur, regem igi-  
 nauia, & torporis accusans, deinde Romam mit-  
 tit Herbipolensem Episcopum Burchardum, ad Za-

chariam Romanum Pontificem, qui tamen magni  
 nominis apud omnes erat, ut is pronuntiaret, nun-  
 quid ipse Regio nomine dignior esset Chilperico, qui

ignauus otio torperet, ipse uere strenuus aula, siue ma-  
 toris domus præfectū ageret. Atque hic mos regū erat,  
 ut nō nisi semel in anno, Calen. Maij, solio residerēt,  
 cultu regio ornati, ut undique uenientes audirēt lega-

Dolus  
 Ponti. cū  
 rege pro  
 Pipino.

Roma. ec  
 clesia mu  
 nificæ ē,  
 ueluti  
 quæ apo  
 stolicā ha  
 bet curā,  
 & antiq  
 tus mater  
 pietatis  
 extitit.

Hæc Sol  
 zomenis  
 lib. 4. cap  
 pite. 16.



DE ORIGINE ERRO: MISSAE

tos, & responsa, quae uel ipsi docti, uel iusti essent, re-  
 ferrent, quibus completis, mox in uilla sua redire co-  
 gebatur. Erat enim omnium rerum summa penes aulicos.  
 Quare Pipinus iuguriam uerius, quam fidelem di-  
 spensatorem seu praefectum egit. Sed Zacharias re ista  
 non modice letatus, utpote, qui sperabat sibi arma, &  
 auxilia aduersus Impera. oblata, mox Pipinum regno  
 dignum iudicauit, quare Chilpericus in monasterium  
 quodpiam includitur, & Pipinus Moguntiae a Bonifati-  
 o episcopo inungitur. Sic enim habet Platyna. An-  
 nuit Pontifex eius postulatis, accepti beneficij, & ue-  
 teris beneuolentiae memor, quae inter Pontifices & prin-  
 cipes huius familiae intercesserat, atque ita Pontificis  
 auctoritate regnum Franciae Pipino adiudicatur, An-  
 no domini. DCCLIII. Haec ille. At Pipinus beneficij,  
 seu potius proditionis ac fraudis uicissim memor (nam  
 cum optimus Rex fidei datae, suum ministrum Pipi-  
 num moneret. Stephanus Ponti. qui Zachariae suc-  
 cesserat, Pipinum absoluit ab omnibus iuramentis,  
 & fide pristina Chilpericho data, immo & ceteros  
 in Pipini tyrannidem consentientes) memor in-  
 quam proditionis, totus Romano Pontifici dedi-  
 tus, totus ab eo pependit, immo & Italiam ingres-  
 sus, urbes & Regna Impera. ui cepit, & Ro. Ponti-  
 ficis tradidit. Sic enim habet Sabellius, Ennead. 8. lib.  
 8. Legati Constantini Imperatoris occulte nocturno  
 Pipinum proficiscantur, quem in Tiamensi reperit  
 multis magnisque muneribus sunt praertere adorti,  
 illud

Fingunt enim eum prius quoque monachum fuisse, Sa muellem. dictum.  
  
 Pipinus p. ponti. Ro. eccle sia.

DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

illud omnium primum postulare, ut Rauēnam & cetera Exarchatus loca Constantino restituenda, quia Imperij essent, nō pontifias, curaret. Negare Pipinus se Constantino aut cuiquā hominum, preterquā Romane ecclesie militare, eoq; Consilio se arma induisse, ut Apostolicam sedem ab omnium mortalium iniuria vindicaret, utq; Rauēnam & quicquid Longobardi ui & armis subegissent, Romane subijceret ecclesie. Græci ergo Oratores uidentes quid Pipinus haberet in animo, re infecta Constantinopolim regressi sunt. Hactenus Sabellicus. Pipino patri successit Magnus Carolus filius, qui cum à Leone. 3. Rom. Pon. donatione Imperatoris Roma. titulo, quē fraude & proditione Hyrenes angustæ (Constantinopolitanis ignorantibus apud quos tamen Imperij summa) acceperat, etiam Carolum sibi totum deuicit, ut templa, aras, & quicquid Ponti. iuberet, erigeret, Fuit hic annus domini. DCCCL. Neq; auo neq; parenti Carolo cessit Lodouicus filius, quem à superstitione & stoliditate Pontificij. Pium cognominarunt. Huic enim totum primatum, omnem inuinitatem quā uocant ecclesiasticam, omnē Ro. Pon. tyrannidem feremus acceptam. De qua re non inutile duxi si adscriberem Raphaelis Volaterrani sententiam Geogra. lib. 3. ubi de Pipini & Carolorum genere ac gestis agit, sic autem scripsit. De pietate Lodouici in Ro. Pon. multa Bibliothecarius refert. Ciuitates quas ci dono dedit enumerat. Ego quoq; ex anti grapho uetusti libri, quod in Bibliotheca

Carolus.

Exēplar.

PER HEIN. BVLLINGERVM.

Rescri =  
ptum.  
Donatio  
Lodouici  
Regis.

bloteca Vaticana hodie continetur, ubi eius enarra-  
tur DONATIO, apographum excerpti. IN  
NOMINE DOMINI, dei omnipotentis patris  
& filij & Spiritus sancti. Ego Lodouicus Imperator,  
concedo tibi beato Petro principi Apostolorum, &  
per te Vicario tuo Domino Pascali summo Pontifici,  
successoribusq; eius in perpetuum, ciuitatem Roma-  
nam, cum sua iurisdictione omnibusque circa terris,  
ciuitatibus, portibus, à maritimis loas Hetruria, in  
ea deniq; mediterranea, Urbem ueterem, Balneoregi-  
um, Viterbiũ, Soanam, Populoniam, Rosellas, Peru-  
siam, Maturanũ, Sutrium. Nepe. Versus Campaniã  
Ananiã, Signiam, Ferentinũ, Alatum, Patriciũ, Fru-  
sinorũ, cum omnibus circa oppidis & uicis. Nec nõ  
exarchatum Rauennæ integrum, sicuti pie recordati  
onis Carolus pater, & item Pipinus auus noster bea-  
to Petro dudum concessere, uidelicet Rauennam. Boni-  
um, Aemyliam, Forum populi, Forumliuij Fauentiã,  
Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam,  
Ceruiam, In Marcha Pisaurum, Fanum, Senogalliã,  
Anconã, Auximum, Numanam, Esium, Forumsema-  
pronij, Feretrum, Vrbinũ, Territorium, Valnẽse, Cal-  
lium, Luceolos, Engubium, In Campania, Soram, A-  
quinum, Arpinum, Theanum, Capuam, Patrimonã  
quoq; ad nostram pertinentia ditionẽ, Beneuentanũ,  
Salernitanũ Calabrie inferioris et superioris, ac Nea-  
politianum, ducatũ in super Spoletinũ, Tuderotriculũ  
Naruiam reliquasq; eius ditionis. Insulas quoq; in se-  
ri ma

DE ORIGINE ERRO. MISSAE

rimaris, Corsicam, Sardiniam, Sialiam, quæ omnia  
pia memoria Pipinus auus, deinde Carolus Impera-  
tor genitor noster, per Atheriū & Mainradum Abba-  
tes ad hoc sponte missos beato Petro eiusq; successori  
bus scripto concesserunt, nos item probamus atq; con-  
cedimus. Præterea summi Pontificis deligendi, Roma  
no conalio, potestate esse uolumus, modo sine discor-  
dia fiat, ac post consecrationē legati, ad nos successo-  
resq; nostros Reges Francorū conciliandæ charitatis  
& amicitia causa mittantur, sicut temporibus domi-  
ni Caroli attai & Pipini aui, et postremo Caroli ge-  
nitoris nostri mos fuit. Hanc igitur nostram uolunta-  
tem scripto & iureiurando firmamus, & per Legatū  
S. R. E. Theodorū domino Pascali missimus, manuq;  
propria me subscripsi. Ego Lodouicus. Subscripsere  
quoq; tres eius filij, Episcopi. X. abbates. VIII. comi-  
tes. XV. Bibliothecarius, Mansionarius, Hostiariusq;  
unus. Numerabatur annus do. DCCCXXXV. Hæc  
antè est præclara ista Constantini Magni donatio de Cōtra do-  
qua multa nugantur Pontificij. Vides enim Francorū nationē  
Reges Donationes fuisse inuito Imperatore Roma. Et Cōstanti-  
Euseb. vltimo eccle. histo. lib. ex. ult. huius donatio. à ni magnè  
Constantino nō meminit, sed hoc tantum subijāt. Pri-  
uilegia plurima ecclesijs, ac summos honores sacerdo-  
tibus detulit. Quin et Ottho Frisingensis episcopus  
Annalium libro. 4. capite. 3. Verum ( inquit ) impe-  
rij Fautores negant Constantinum Romanum Impe-  
rium Pontificibus tradidisse, sed ipsos tanquam sum-  
mi dei

PER HEIN. BVLLINGERVM

mi dei sacerdotes ad Dei reuerentiã in patres adsumi  
 p̄sisse, atq; ab eis sese ac succēssores suos patrocinio  
 orationum fulcendos, contrudunt. Cui adstipulari pu-  
 tant quod regno inter filios diuiso, alij occidentē alij  
 orientem tradiderit. Neq; optimum imperato. Theor-  
 dosium id quod suū non erat, sed ecclesie, usurpauit  
 se. Proinde manifestissimū est Romani pontificis au-  
 thoritatem, nō esse à Deo per Christum ac Petrum cō-  
 cessam, sed hominū stultitiã donatã, immò proditione  
 ne partã. Posteaquã enim tanta sibi parauit imperia,  
 ipsum Occidentē coegit. Et quidem regnantibus Frã-  
 corum Regibus, qui totum ferè tenebant occidentem;

Quoniã nulla ui opus erat, regibus cuncta ad uotum Ponti-  
 ge in occidē rentibus. At ubi ad Germanos trãslatum esset Imper-  
 te cœpe- rium, tum alios quidem Hipoerisi decepit, alios ui op-  
 rit Pont. pressit. Et Ottonem quidem primū ex Germanis in-  
 regnum. peratorem Ioan. 12. blandicijs deliniuit ut hoc sibi iur-  
 raret iusiurandū, cuius forma habetur Distinctio. 63.  
 ca. Tibi domino Ioanni. Et Raphael in eo quē supra  
 citauimus loco, Donationi ista subiungit. In sequenti  
 deinde tempore Otto imperator apud eundem librum  
 sub Ioanne. 12. in hæc se subscripsit. Ego Otto impera-  
 tor pro anima mea, filij q; ac parentū meorū salute,  
 hæc omnia suprãdicta tibi beate Petre successorib. tuis  
 libenter cōædo. Anno. 962. Subscripsere Episcopi. 10.  
 Abbates. 2. Comites. 5. Optimates. 8. Sub Heinrycho  
 autem subscripsere episcopi. 14. Abbates. 4. Duces. 5.  
 Comites. 8. Optimates. 8. Rursus sunt Pontifices qui  
 sese


DE ORIGINE ERRO. MISSAE.

se Imperatorib. ijs opposuere, qui sua nolebant ad Impera.  
 rare præscripta, Sic Gregorius. 7. & Pascalis. 2. op à Pont.  
 posuere sese Heimrycho. 3. & 4. item Alexander. 3. suppressi  
 Fridenrycho Barbarrosæ, deniq; Innocētius. 3. Otto  
 ni. 4. & Honorius. 3. Fridenrycho. 2. Mira adcoq; in  
 credibilia, quin talia quoq; adferre possem, qualia nul  
 lus historicorum de ullis gentilium tyrannis prodi  
 dit. Tamen hi illi sunt, qui Concilijs pro suo arbitrio  
 coactis, optimos piissimosq; Imperato. excōmunicar  
 runt. & quicquid libebat, ecclesiæ nomine statuerunt.  
 Hæc nostro tēpore nobis obtruduntur, Hæc sunt egre  
 ga Veterū. Apostolicorum, ac Sanctorū patrum sen  
 timenta. Hæc illorum ampullæ, Sed gratiæ deo, qui  
 ex ista Aegyptiaca nos captiuitate liberauit, ipse prin  
 cipum corda illuminet, ut ueritatem agnoscant, & ue  
 re prināpes Christianos agant, & pastores uere pa  
 stores præstent.

Atq; hoc modo paucis ostendimus, quibus in ijs  
 cœperit Romani Ponti. monarchia, posteaquã enim  
 proditiōne Regna consequutus esset, mox in ceteras ec  
 clesias sibi uendicat censuram, quã & conseruauit  
 hypocrisi & tyrannide. Quo fit ut Conciliorum stat  
 uta, tyrannicæ sint leges & proinde à libero Chri  
 stianorum populo abijcendæ.

FINIS,

THE HISTORY OF THE  
LIFE OF JOHN DE Witt  
BY JOHN DE Witt  
IN TWO VOLUMES  
VOL. I  
LONDON: Printed and Sold by J. DODD, in Pall Mall, 1753.





773065-A

*Digito compesce labellum,*

*Dixisse, aliquando penituit, tacuisse nunquam.*



πᾶσι λόγοις καταστέλλεται ἡ ἐπιθυμία, ὁ ἄμαρτος, ἡμῶν γὰρ  
ἐκέρπει ὁ δὲ.

תע לחשות ועת לומר

*Basilæe. In edibus  
Thomæ VVolfij.*

*M. D. XXVIII,*